PA 6654
.P6 B3

1850

THE LIBRARY OF CONGRESS

THE LIBRARY OF CONGRESS

SALLUSTIO.

llustrius Crispus, C

SALLUSTIO

EM

PORTUGUEZ,

POR

J. V. BARRETO FEIO.

NOVA EDIÇÃO.

LISBOA,
NA TYPOGRAPHIA ROLLANDIANA.

1850.

P6B3
1850

7935A1
Jy 13 42

C. C. SALLUSTII

BELLUM

CATILINARIUM.

Omnes homines, qui sese student præstare cæteris animalibus, summa ope niti decet, ne vitam silentio transeant, veluti pecora, quæ natura prona atque ventri obedientia finxit. Sed nostra omnis vis in animo et corpore sita est; animi imperio, corporis servitio magis utimur. Alterum nobis cum diis, alterum cum belluis commune est. Quo mihi rectius esse videtur ingenii, quam virium opibus gloriam quærere, et, quoniam vita ipsa, qua fruimur, brevis est, memoriam nostri quam maxime longam efficere. Nam divitiarum et formæ gloria fluxa atque fragilis est; virtus clara æternaque habetur. Sed diu magnum inter mortales certamen fuit, vine corporis, an virtute animi res militaris magis procederet. Nam et, prius quam incipias, consulto, et, ubi consulueris, mature facto opus est. Ita utrumque per se indigens, alterum alterius auxilio eget.

Igitur initio reges, nam in terris nomen imperii id primum fuit, diversi, pars ingenium, alii corpus exercebant. Etiam tum vita hominum sine cupiditate agitabatur, sua cuique satis placebant.

C. SALLUSTIO CRISPO

GUERRA

CATILINARIA.

A todo o homem, que deseja sobresahir aos outros animaes cumpre com summo esforço empenhar-se em não viver em silencio, como os brutos, que a natureza creou debruçados e sujeitos ao ventre. D'alma e corpo constamos : áquella mandar, a este obedecer pertence : aquella com os deoses, este com as feras nos he commum. Julgo por isso, que devemos procurar gloria mais com as faculdades da alma, que do corpo; e, pois a vida, que desfructamos, he breve, fazer por deixar de nós a mais longa memoria. Por quanto formosura e riqueza são gloria fugitiva e fragil; a virtude clara e eterna. Grande contenda foi comtudo largo tempo entre os homens, se o talento, ou a força mais aproveitasse na guerra Mas primeiro te he preciso conselho, e logo prompta execução. Assim cada uma destas cousas, insufficiente por si, carece do auxilio da outra.

D'aqui vem que no principio os reis (tal foi o nome, que se deo no mundo aos primeiros imperantes), diversos em opinião, uns o engenho, outros o corpo exercião. Inda então vivião os ho-

Postea vero quam in Asia Cyrus, in Græcia Lacedæmonii et Athenienses cœpere urbes atque nationes subigere, libidinem dominandi causam belli habere, maximam gloriam in maximo imperio putare; tum demum periculo atque negotiis compertum est, in bello plurimum ingenium posse. Quod si regum atque imperatorum animi virtus in pace ita, ut in bello, valeret, æquabilius atque constantius sese res humanæ haberent; neque aliud alio ferri, neque mutari ac misceri omnia cerneres. Nam imperium facile his artibus retinetur, quibus initio partum est. Verum ubi pro labore desidia, pro continentia et æquitate libido atque superbia invasere, fortuna simul cum moribus immutatur. Ita imperium semper ad optimum quemque a minus bono transfertur. Quæ homines arant, navigant, ædificant, virtuti omnia parent. Sed multi mortales, dediti ventri atque somno, indocti incultique, vitam sicuti peregrinantes transegere; quibus, profecto contra naturam, corpus voluptati, anima oneri fuit. Eorum ego vitam mortemque juxta æstimo, quoniam de utraque siletur. Verum enim vero is demum mihi vivere atque frui anima videtur, qui, aliquo negotio intentus, præclari facinoris aut artis bonæ famam quærit. Sed in magna copia rerum aliud alii natura iter ostendit.

Pulchrum est bene facere reipublicæ; etiam bene dicere haud absurdum est. Vel pace vel bello clarum fieri licet. Et qui fecere, et qui facta alio-

mens sem cubiça, contente cada qual do que era seu. Mas depois que Cyro na Asia, na Grecia os Lacedemonios e Athenienses começárão a subjugar cidades e nações, a tirar da sede de mandar causas de guerra, e a collocar no maximo imperio a maxima gloria; á custa de trabalhos e perigos se veio então a conhecer, que, mais que tudo, valia o engenho na guerra. Que se os reis e capitães fossem tão prudentes na paz, como na guerra, com mais regularidade e firmeza irião as humanas cousas, nem vericis mudar-se de um para outro governo, e trastornar-se e confundir-se tudo. Pois com as mesmas artes, com que se obtem, facilmente se conserva o imperio. Mas quando á actividade, a inercia, á moderação e equidade, a cubiça e soberba succedem, muda-se com os costumes a fortuna. Assim do menos bom ao melhor sempre se transfere o mando. Campos, mares, cidades, tudo á industria cede. Homens ha ahi porém, que, dados á gula e ao somno, ignorantes e incultos, como peregrinos pelo mundo transitão, e a quem, contra a natureza, o corpo he um idolo, a alma um peso inutil. Eu destes a vida e a morte reputo iguaes em tudo; porque nem d'uma, nem d'outra mais se falla. Vida e alma considero eu verdadeiramente naquelle, que, utilmente occupado, por acções distinctas, ou nobres artes fama procura. Muitos porém são os caminhos, e a natureza a cada um mostra o seu.

Brilhante cousa he bem servir a republica; e o bem dizer tambem não he sem merito. Na paz e na guerra fama se alcança, e mui louvado he

rum scripsere, multi laudantur. Ac mihi quidem, tametsi haudquaquam par gloria sequatur scriptorem et auctorem rerum, tamen in primis arduum videtur, res gestas scribere : primum, quod facta dictis sunt exæquanda; dehinc, quia plerique, quæ delicta reprehenderis, malivolentia et invidia dicta putant, ubi de magna virtute atque gloria bonorum memores, quæ sibi quisque facilia factu putat, æquo animo accipit; supra ea, veluti ficta, pro falsis ducit.

Sed ego adolescentulus initio, sicuti plerique, a studio ad rempublicam latus sum, ibique mihi adversa multa fuere. Nam pro pudore, pro abstinentia, pro virtute, audacia, largitio, avaritia vigebant. Quæ tametsi animus aspernabatur, insolens malarum artium, tamen inter tanta vitia imbecilla ætas, ambitione corrupta, tenebatur; ac me, quum ab reliquis malis moribus dissentirem, nihilo minus honoris cupido eadem, quæ cæteros, fama atque invidia vexabat. Igitur ubi animus ex multis miseriis atque periculis requievit, et mihi reliquam ætatem a republica procul habendam decrevi; non fuit consilium socordia atque desidia bonum otium conterere, neque vero agrum colendo, aut venando, servilibus officiis intentum, ætatem agere; sed, a quo incœpto studioque me ambitio mala detinuerat, eodem regressus, statui res gestas populi Romani carptim, ut quæque memoria digna videbandur, prescribere; eo magis, quod mihi a spe, metu, partibus reipublicæ animus liber erat. Igitur de Catilinæ conjuratione, quam verissime potero, paucis absolvam. Nam id

quem obra, e quem alheios factos escreve. Mas, inda que igual gloria não siga ao escriptor e ao auctor das cousas, mais difficil me parece comtudo o escrevê-las: não só porque as palavras devem corresponder aos factos; mas porque, se reprehendes delictos, serás tachado de malevolencia e inveja, e, se dos bons o grande esforço e gloria referes, cada um acreditará de bom grado aquillo, que julgar praticavel, e o mais o terá por fabuloso.

Joven ainda, eu ao principio fui, como os outros, levado pela ambição aos publicos empregos, e ali encontrei não poucas adversidades. Pois em vez do pudor, da abstinencia, da virtude, a impudencia, a prodigalidade, a avareza reinavão. Bem que a minha alma, não versada na malicia, esta devassidão aborrecesse, a minha tenra idade comtudo, deslumbrada pela ambição, no meio de tantos vicios a meu pezar me prendia; e, bem que nos máos costumes me não assimilhasse aos outros, o desejo das honras, a maledicencia e inveja, como a elles, me inquietava. Mas apenas pude respirar de tantas afflicções e perigos, assentei passar o resto de meus dias longe de publicos negocios; não que minha tenção fosse consumir na indolencia e preguiça tão precioso descanso, nem viver dado a occupações servis cultivando a terra, ou caçando; mas sim, voltando ao começado estudo, de que louca ambição me distrahíra, ir desligadamente escrevendo as façanhas do povo romano, segundo as achasse dignas de memoria; tanto melhor, quanto o meu animo estava livre de es-

facinus in primis ego memorabile existimo, sceleris atque periculi novitate. De cujus hominis moribus pauca prius explananda sunt, quam initium narrandi faciam.

Lucius Catilina, nobili genere natus fuit magna vi et animi et corporis, sed ingenio malo pravoque. Huic ab adolescentia bella intestina, cædes, rapinæ, discordia civilis grata fuere, ibique juventutem suam exercuit. Corpus patiens inediæ, vigiliæ, algoris supra quam cuiquam credibile est. Animus audax, subdolus, varius, cujuslibet rei simulator ac dissimulator, alieni appetens, sui profusus, ardens in cupiditatibus; satis eloquentiæ, sapientiæ parum. Vastus animus immoderata, incredibilia, nimis alta semper cupiebat. Hunc, post dominationem L. Syllæ, libido maxima invaserat reipublicæ capiundæ; neque, id quibus modis assequeretur, dum sibi regnum pararet, quidquam pensi habebat. Agitabatur magis magisque in dies animus ferox inopia rei familiaris, et conscientia scelerum; quæ utraque his artibus auxerat, quas supra memoravi. Incitabant præterea corrupti civitatis mores, quos pessima ac diversa inter se mala, luxuria atque avaritia, vexabant.

Res ipsa hortari videtur, quoniam de moribus civitatis tempus admonuit, supra repetere, ac paucis instituta majorum domi militiæque, quomodo

perança, de medo, e de facções da republica. Escreverei pois a conjuração de Catilina com a maior concisão e verdade, que puder. Pois este acontecimento tenho eu por um dos mais notaveis, pela estranheza do crime e do perigo. Antes porém de começar direi alguma cousa dos costumes deste homem.

Lucio Catilina, de nobre ascendencia, foi de grande força d'alma e de corpo; porém de má e depravada indole. Desde a sua adolescencia, as guerras intestinas, as mortes, as rapinas, as discordias civis gratas lhe fôrão, e nellas empregou a mocidade. Seu corpo era soffredor de privações, vigilias, rigores de tempo, além de toda a crença. Era o seu animo atrevido, cavilloso, voluvel, capaz de toda a simulação e dissimulação, cubiçoso do alheio, prodigo do seu; de bastante eloquencia, saber pouco. Sempre o seu vasto espirito ambicionava cousas extraordinarias, incriveis, summamente elevadas. E depois da tyrannia de Sylla um desenfreado desejo o assaltava de escravisar a republica; e, como o reino obtivesse, não olhava por que modo. De dia em dia mais se exasperava aquella alma feroz, aguilhoada pela pobreza e pela consciencia do crime, augmentadas uma e outra pelas causas, de que ja fallei. Incitavão-no além disto os corruptos costumes da cidade, a quem dous horriveis e oppostos males vexavão; avareza e luxo.

E, pois tive occasião de tocar nos costumes da cidade, o mesmo assumpto parece convidar-me a que, tomando o fio de mais alto, exponha em sum-

rempublicam habuerint, quantamque reliquerint, utque paulatim immutata, ex pulcherrima pessima ac flagitiosissima facta sit, disserere.

Urbem Romam, sicuti ego accepi, condidere atque habuere initio Trojani, qui, Ænea duce, profugi, sedibus incertis vagabantur; cumque his Aborigenes, genus hominum agreste, sine legibus, sine imperio, liberum atque solutum. Hi postquam in una mœnia convenere, dispari genere, dissimili lingua alius alio more viventes, incredibile memoratu est, quam facile coaluerint. Sed postquam res eorum civibus, moribus, agris aucta, satis prospera satisque pollens videbatur, sicuti pleraque mortalium habentur, invidia ex opulentia orta est. Igitur reges populique finitimi bello tentare. Pauci ex amicis auxilio esse; nam cæteri, metu perculsi, a periculis aberant. At Romani, domi militiæque intenti, festinare, parare, alius alium hortari, hostibus obviam ire, libertatem, patriam, parentesque armis tegere. Post, ubi pericula virtute propulerant, sociis atque amicis auxilia portabant; magisque dandis, quam accipiendis beneficiis amicitias parabant. Imperium legitimum, nomen imperii regium habebant; delecti, quibus corpus annis infirmum, ingenium sapientia validum erat, reipublicæ consultabant. Hi vel ætate, vel curæ similitudine Patres appellabantur. Post, ubi regium imperium, quod initio conservandæ libertatis atque augendæ reipublicæ fuerat, in superbiam dominationemque se con-

ma as instituições dos nossos maiores, por que modo regêrão a republica na paz e na guerra, quão florecente a deixárão, e como, pouco a pouco mudada, de feliz e virtuosa, que era, se tornou pessima e viciosissima.

Roma (dizem) foi fundada, e em seu principio habitada por Troianos, que sob o commando de Eneas, fugitivos e sem habitação certa vagavão; aos quaes se unírão os Aborigenes, povo agreste, sem leis, sem governo, livre e sem laço algum. Juntos dentro dos mesmos muros, differentes em raça, dessimilhantes em lingua, vivendo cada um a seu uso, incrivel parece, que tão facilmente convivessem. Mas logo que a cidade, augmentada em população, em costumes, em territorio, pareceo assaz rica e poderosa, como he usual entre os homens, da opulencia nasceo a inveja. Os reis e povos vizinhos lhes movêrão guerra. Poucos dos amigos os soccorrêrão; que os mais delles, atemorizados, fugião do perigo. Mas os Romanos, attentos ao interno e ao externo, não cessavão de apressar, preparar tudo, exhortar uns aos outros, prevenir o inimigo, defender com as armas a liberdade, a patria, e os parentes. Depois removido com o valor o perigo, hião levar soccorro aos alliados e amigos, e, com dar mais, que receber favores, adquirião novas amizades. O seu governo era legitimo; de regio tinha o nome. Cidadãos escolhidos, a quem os annos havião debilitado o corpo, e a sabedoria fortalecido o entendimento, deliberavão sobre os negocios publicos; e, ou pela idade, ou pela analogia das funcções, erão cha-

vertit; immutato more, annua imperia, binosque imperatores sibi fecere. Eo modo minime posse putabant per licentiam insolescere animum humanum.

Sed ea tempestate cœpere se quisque magis extollere, magisque ingenium in promptu habere. Nam regibus boni quam mali suspectiores sunt, semperque his aliena virtus formidolosa est. Sed civitas, incredibile memoratu est, adepta libertate, quantum brevi creverit; tanta cupido gloriæ incesserat. Jam primum juventus, simul ac belli patiens erat, in castris per laborem usu militiam discebat; magisque in decoris armis et militaribus equis, quam in scortis atque conviviis libidinem habebat. Igitur talibus viris non labor insolitus, non locus ullus asper aut arduus erat, non armatus hostis formidolosus; virtus omnia domuerat. Sed gloriæ maximum certamen inter ipsos erat. Sic quisque hostem ferire, murum adscendere, conspici, dum tale facinus faceret, properabat; eas divitias, eam bonam famam magnamque nobilitatem putabant. Laudis avidi, pecuniæ liberales erant, gloriam ingentem, divitias honestas volebant. Memorare possem, quibus in locis maximas hostium copias populus Romanus parva manu fuderit, quas urbes, natura munitas, pugnando ceperit, ni ea res longius nos ab incæpto traheret.

Sed profecto fortuna in omni re dominatur; ea res cunctas, ex libidine magis quam ex vero, cele-

mados *Padres*. Depois, quando o poder real, em seu principio creado para manter a liberdade e augmentar a republica, se converteo em soberba e tyrannia; alterada a constituição, estabelecêrão governos annuaes, e dous regentes. Deste modo pensavão, que por falta de freio, se não poderia tornar insolente o coração do homem.

Logo todo o cidadão começou a ennobrecer-se, a exercitar seus talentos. Porque aos reis sempre os bons são mais suspeitos, que os máos, sempre alheia virtude os intimida. He incrivel quanto a cidade, obtida a liberdade, rapidamente cresceo: tanto o desejo de gloria se apoderou de todos. A mocidade, mal que podia com as armas, trabalhando no campo, com o uso a guerra aprendia; e mais se namorava de luzentes armas e cavallos, que de festins e prostibulos. Assim para homens taes nenhum trabalho era novo, nenhuma posição áspera, ou difficil, nenhum inimigo tremendo: o valor domava tudo. A maior contenda entre elles era sobre a gloria. Cada qual queria ser o primeiro em ferir o inimigo, escalar muros, ser visto em quanto estas gentilezas fazia: isto riqueza, isto fama, isto summa nobreza reputavão. Avaros de louvor, prodigos de dinheiro, maxima querião a gloria, honesta a subsistencia. Eu disséra, em que logares o povo Romano com pequeno poder derrotou grandissimas forças inimigas, quantas cidades, por natureza munidas, levou de assalto, se isto me não afastasse do assumpto.

Mas em fim tudo está sujeito á fortuna: o seu capricho, e não a justiça he quem dá, ou nega a

brat obscuratque. Atheniensium res gestæ, sicuti ego æstimo, satis amplæ magnificæque fuere, verum aliquanto minores tamen, quam fama feruntur. Sed quia provenere ibi scriptorum magna ingenia, per terrarum orbem Atheniensium facta pro maximis celebrantur. Ita eorum, qui ea fecere, virtus tanta habetur, quantum verbis ea potuere extollere præclara ingenia.

At populo Romano nunquam ea copia fuit, quia prudentissimus quisque negotiosus maxime erat; ingenium nemo sine corpore exercebat; optimus quisque facere, quam dicere, sua ab aliis benefacta laudari, quam ipse aliorum narrare, malebat. Igitur domi militiæque boni mores colebantur. Concordia maxima, minima avaritia erat; jus bonumque apud eos non legibus magis, quam natura valebat. Jurgia, discordias, simultates cum hostibus exercebant; cives cum civibus de virtute certabant. In suppliciis deorum magnifici, domi parci, in amicis fideles erant. Duabus his artibus, audacia in bello, ubi pax evenerat, æquitate, seque remque publicam curabant. Quarum rerum ego maxima documenta hæc habeo, quod in bello sæpius vindicatum est in eos, qui contra imperium in hostem pugnaverant, quique tardius, revocati, prælio excesserant, quam qui signa relinquere, aut, pulsi, loco cedere ausi erant; in pace vero quod beneficiis magis, quam metu imperium agitabant, et, accepta injuria, ignoscere, quam persequi malebant.

fama. Grandes e magnificas fôrão sem duvida as façanhas dos Athenienses; mas, quanto a mim, um pouco menores, que a fama. Mas, porque houve ali muitos e grandes escriptores, as proezas dos Athenienses são celebradas no mundo pelas maiores. Assim o valor dos que as fizérão passa por tal, qual nos seus exagerados escriptos o figurárão esses preclaros engenhos.

O povo romano porém nunca teve essa abundancia; pois o que mais sabio era, mais occupado andava, ninguem sem o braço, exercitava o engenho: todo o homem grande queria antes fazer, que dizer, ser dos outros louvado, que louva-los. Assim na paz e na guerra se cultivavão os bons costumes. Havia summa concordia, avareza pouca, ou nenhuma; respeitava-se entre elles o justo e o honesto, não tanto por causa das leis, como por natural propensão. As rixas, as discordias, todos os seus rancores erão com os inimigos: cidadão com cidadão só contendia em virtude. Erão magnificos no culto dos deoses, parcos em casa, com os amigos fieis. Com estas duas virtudes, valor na guerra, e, quando a paz chegava, justiça, curavão os seus males e os do publico. Do que para mim são infalliveis provas, o terem elles mais vezes punido na guerra, os que contra ordem com o inimigo pelejavão, e os que depois da *chamada* mais tarde sahião do combate, que os que desamparavão as bandeiras, ou, carregados, cedião o posto; na paz terem-se feito obedecer mais pelos beneficios, que pelo temor, e preferido, quando offendidos, á vingança o perdão.

Sed ubi labore atque justitia respublica crevit, reges magni bello domiti, nationes feræ et populi ingentes vi subacti, Carthago, æmula imperii Romani, ab stirpe interiit, cuncta maria terræque patebant; sævire fortuna ac miscere omnia cœpit. Qui labores, pericula, dubias atque asperas res facile toleraverant, iis otium divitiæque, optandæ aliis, oneri miseriæque fuere. Igitur primo pecuniæ, deinde imperii cupido crevit; ea quasi materies omnium malorum fuere. Namque avaritia fidem, probitatem, cæterasque artes bonas subvertit; pro his superbiam, crudelitatem, deos negligere, omnia venalia habere edocuit. Ambitio multos mortales falsos fieri subegit; aliud clausum in pectore, aliud in lingua promptum habere; amicitias inimicitiasque non ex re, sed ex commodo æstimare; magisque vultum, quam ingenium bonum habere. Hæc primo paulatim crescere, interdum vindicari. Post ubi contagio, quasi pestilentia, invasit, civitas immutata; imperium ex justissimo atque optimo crudele intolerandumque factum.

Sed primo magis ambitio, quam avaritia, animos hominum exercebat; quod tamen vitium propius virtuti erat. Nam gloriam, honorem, imperium bonus et ignavus æque sibi exoptant. Sed ille vera via nititur; huic quia bonæ artes desunt, dolis atque fallaciis contendit. Avaritia pecuniæ studium habet, quam nemo sapiens concupivit.

Mas, engrandecida a republica por meio do trabalho e da justiça, vencidos tantos e tão poderosos reis, nações feras, e ingentes povos subjugados com as armas, Carthago, a émula do imperio Romano, arruinada desde os fundamentos, em plena sujeição o mar e a terra; começou então a embravecer-se e a confundir tudo a fortuna. Aquelles, a quem trabalhos, perigos, desesperadas e terriveis crises não fizérão desmaiar, cedêrão em fim ao ocio, e ao peso das riquezas, que aos inimigos devêrão desejar. Primeiro a sede d'ouro, depois a d'imperio cresceo: e fôrão estas as fontes de todos os males. Por quanto a avareza destruio a bôa fé, a probidade, e todas as mais virtudes, deixando, em seu logar, a soberba, a crueldade, o desprêzo dos deoses, a venalidade. A ambição desterrou a sinceridade, ensinou a ter uma cousa nos labios, outra no coração, a estimar as amizades e inimizades, não pelo que em si são, mas pelo interesse, e a ter antes bôa cara, que bôa alma. Ao principio crescendo fôrão pouco a pouco taes vicios, algumas vezes cohibidos. Depois, quando este contagio, ou péste se fez universal, a cidade tornou-se outra, e o governo de justissimo e óptimo, passou a ser cruel e intoleravel.

Mas ao principio mais, que a avareza, os animos atormentava a ambição; que, bem que vicio, comtudo menos se afasta da virtude. Pois as honras, a gloria, o imperio o forte e o fraco para si desejão; mas aquelle marcha pelo verdadeiro caminho; este, como lhe faltão virtudes, emprega o dolo e a intriga. A avareza só põe a mira no ou-

Ea, quasi venenis malis imbuta, corpus animumque virilem effeminat; semper infinita, insatiabilis est; neque copia neque inopia minuitur. Sed postquam L. Sylla, armis recepta republica, bonis initiis malos eventus habuit, rapere omnes, trahere, domum alius, alius agros cupere; neque modum neque modestiam victores habere; fœda crudeliaque in cives facinora facere. Huc accedebat, quod L. Sylla exercitum, quem in Asia ductaverat, luxuriose quo sibi fidum faceret, contra morem majorum, nimisque liberaliter habuerat. Loca amœna, voluptaria, facile in otio feroces militum animos molliverant. Ibi primum insuevit exercitus populi Romani amare, potare; signa, tabulas pictas, vasa cælata mirari; ea privatim ac publice rapere; delubra spoliare; sacra profanaque omnia polluere. Igitur hi milites, postquam victoriam adepti sunt, nihil reliqui victis fecere. Quippe secundæ res sapientium animos fatigant; ne illi, corruptis moribus, victoriæ temperarent.

Postquam divitiæ honori esse cœpere, et eas gloria, imperium, potentia sequebatur; hebescere virtus, paupertas probro haberi, innocentia pro malivolentia duci cœpit. Igitur ex divitiis juventutem luxuria atque avaritia cum superbia invasere: rapere, consumere; sua parvi pendere, aliena cupere; pudorem, pudicitiam, divina atque hu-

ro, que nenhum sabio deseja. Esta, como em mortal veneno imbuida, effemina o corpo e alma do homem; sempre infinita, sempre insaciavel, nem com a abundancia, nem com penuria se mitiga. Mas depois que L. Sylla, com as armas retomada a republica, de bons principios tirou máos resultados, entrárão todos a roubar, a puxar cada um para si; este a casa, aquelle cubiçava o campo, e, nem modo, nem modestia guardando os vencedores, feios e crueis tratamentos usárão com os vencidos. Accrescia mais, que Sylla para attrahir a si o exercito, que na Asia commandára, lhe tinha, contra a disciplina dos antigos, consentido excessivo luxo e liberdade. Aquelles amenos e voluptuosos logares facilmente amollecêrão no ocio os animos ferozes dos soldados. Ali começou o exercito Romano a acostumar-se a amar, a beber, a admirar estatuas, pinturas, vasos entalhados, a rouba-los publica e particularmente, a saquear templos, e a violar o sagrado e o profano. Estes soldados pois, tendo obtido a victoria, nada aos vencidos deixavão. Mas, se a prosperidade fatiga os animos dos sabios, não he muito, que homens de corruptos costumes se não contivessem na victoria.

Logo que as riquezas entrárão a ser tidas em honra, e a attrahir a si a gloria, o mando, o poder; começou a virtude a attenuar-se, a pobreza a ser desdouro, a innocencia delicto. Após as riquezas, o luxo, a soberba, a avareza a mocidade invadírão. Tudo era roubar, consumir, estragar o seu, cubiçar o alheio, atropellar o pejo, a decencia, as

mana promiscua, nihil pensi neque moderati habere. Operæ pretium est, quum domos atque villas cognoveris in urbium modum exædificatas, visere templa deorum quæ nostri majores, religiosissimi mortales, fecere. Verum illi delubra deorum pietate, domos suas gloria decorabant; neque victis quidquam præter injuriæ licentiam eripiebant. At hi contra ignavissimi homines, per summum scelus, omnia ea sociis adimere, quæ fortissimi viri victores reliquerant; proinde quasi injuriam facere, id demum esset imperio uti.

Nam quid ea memorem quæ, nisi iis qui videre, nemini credibilia sunt, a privatis compluribus subversos montes, maria constructa esse? Quibus mihi videntur ludibrio fuisse divitiæ; quippe, quas honeste habere licebat, abuti per turpitudinem properabant. Sed libido stupri, ganeæ, cæterique cultus non minor incesserat; viros pati muliebria, mulieres pudicitiam in propatulo habere; vescendi causa terra marique omnia exquirere; dormire prius, quam somni cupido esset; non famem aut sitim, neque frigus, neque lassitudinem opperiri, sed ea omnia luxu antecapere. Hæc juventutem, ubi familiares opes defecerant, ad facinora incendebant. Animus imbutus malis artibus haud facile libidinibus carebat; eo profusius omnibus modis quæstui atque sumptui deditus erat.

In tanta tamque corrupta civitate Catilina, id quod factu facillimum erat, omnium flagitiorum

divinas e humanas leis sem respeito nem moderação. Vale bem a pena, depois de se ter observado os palacios e casas de campo, edificados á maneira de cidades, ver os templos dos deoses, erigidos pelos nossos religiosissimos avós. Mas elles decoravão os templos com a piedade, as casas com a propria gloria; nem aos vencidos tiravão, senão a liberdade de fazer mal. Mas ao contrario estes ineptissimos homens por maldade summa, roubavão mesmo aos alliados aquillo, que os antigos, esses fortissimos varões, vencedores, aos inimigos deixavão; como se o ultrajar fosse governar.

Para que direi eu outras cousas, incriveis a quem as não vio, como por varios particulares montanhas aplainadas, edificados os mares? Parece que escarnecião das riquezas; porque até as que honestamente podião possuir, se apressavão em as esperdiçar em torpezas. O vicio do estupro, a gula, e toda a especie de máos habitos, não menos tinhão grassado. Vião-se os homens prostituir-se mulhermente, as mulheres porem em leilão a castidade; para saciar a gula esquadrinhar-se a terra e o mar, dormir-se antes de haver somno, não se esperar, nem fome, nem sede, nem cansaço: o luxo antecipava tudo. Estes vicios, quando faltavão os bens patrimoniaes, atiçavão aos crimes a mocidade. Naquelles animos, imbuidos em máos costumes, nunca adormecião os appetites; por isso mais profusamente por todos os modos se davão a ganhar e despender.

Em tão grande e tão corrompida cidade Catilina, o que mui facil era, tinha em torno á si, como es-

atque facinorum circum se, tamquam stipatorum, catervas habebat. Nam quicumque impudicus, adulter, ganeo, alea, manu, ventre, pene bona patria laceraverat, quique alienum æs grande conflaverat, quo flagitium aut facinus redimeret; præterea omnes undique parricidæ, sacrilegi, convicti judiciis, aut pro factis judicium timentes; ad hoc, quos manus atque lingua perjurio aut sanguine civile alebat; postremo omnes, quos flagitium, egestas, conscius animus exagitabat, ii Catilinæ proximi familiaresque erant. Quod si quis etiam a culpa vacuus in amicitiam ejus inciderat, quotidiano usu atque illecebris facile par similisque cæteris efficiebatur. Sed maxime adolescentium familiaritates appetebat; eorum animi, molles et ætate fluxi, dolis haud difficulter capiebantur. Nam ut cujusque studium ex ætate flagrabat, aliis scorta præbere; aliis canes atque equos mercari; postremo neque sumptui, neque modestiæ suæ parcere, dum illos obnoxios fidosque sibi faceret. Scio fuisse nonnullos qui ita existimarent, juventutem, quæ domum Catilinæ frequentabat, parum honeste pudicitiam habuisse; sed ex aliis rebus magis, quam quod cuiquam id compertum foret, hæc fama valebat.

Jam primum adolescens Catilina multa nefanda stupra fecerat, cum virgine nobili, cum sacerdote Vestæ, alia hujuscemodi contra jus fasque. Postremo captus amore Aureliæ Orestillæ, cujus præter formam nihil umquam bonus laudavit, quod ea nubere illi dubitabat, timens privignum adultum

colta, catervas de facinorosos, e infames. Porque todo aquelle, que impudico, adultero, em prostibulos, em jogo, em banquetes, tinha quasi estragado a patria herança, aquelles, que, para se remirem de suas torpezas e delictos, se tinhão abismado em dividas, os parricidas de toda a Italia, os sacrílegos, os convencidos em juizo, ou que por seus crimes o temião ser, os que da perjura lingua, ou da ensanguentada mão tiravão a subsistencia; aquelles emfim, a quem a deshonra, a miseria, os remorsos atormentavão, todos de Catilina erão intimos, e familiares. Se porém algum, inda innocente, na sua amizade se enredava, com a trato quotidiano, e com os mimos, similhante e igual aos outros se tornava. Mas o seu maior empenho era attrahir os mancebos, cujas almas doceis e pela idade voluveis, cahião mais facilmente no laço. Para o que segundo os annos e propensão de cada um, a estes entregava mulheres, áquelles comprava cães e cavallos, não olhando a despesa, nem a decencia, como os tornasse obrigados, e fieis. Sei, que pensárão alguns, que os moços, que frequentavão a casa de Catilina, tinhão em pouco a honestidade; mas este boato fundava-se mais em conjecturas, que em factos.

Catilina ja no principio da sua adolescencia muitos nefandos estupros havia commettido, com uma donzella nobre, com uma Vestal, e perpetrado outros attentados taes contra as leis divinas e humanas. Ultimamente, perdido de amores por uma Aurelia Orestilla, de quem, excepto a belle-

ætate, pro certo creditur, necato filio, vacuam domum scelestis nuptiis fecisse. Quæ quidem res mihi in primis videtur causa fuisse facinoris maturandi. Namque animus impurus, diis hominibusque infestus, neque vigiliis neque quietibus sedari poterat; ita conscientia mentem excitam vastabat. Igitur color ejus exsanguis, fœdi oculi; citus modo, modo tardus incessus; prorsus in facie vultuque vecordia inerat.

Sed juventutem, quam, ut supra diximus, illexerat, multis modis mala facinora edocebat. Ex illis testes signatoresque falsos commodare; fidem, fortunas, pericula vilia habere. Post, ubi eorum famam atque pudorem attriverat, majora alia imperabat. Si causa peccandi in præsens minus suppetebat, nihilo minus insontes, sicuti sontes, circumvenire, jugulare; scilicet, ne per otium torpescerent manus aut animus, gratuito potius malus atque crudelis erat. His amicis sociisque confisus Catilina, simul quod æs alienum per omnes terras ingens erat, et quod plerique Syllani milites, largius suo usi, rapinarum et victoriæ veteris memores, civile bellum exoptabant, opprimendæ reipublicæ consilium cepit. In Italia nullus exercitus; Cn. Pompeius in extremis terris bellum gerebat; ipsi consulatum petendi magna spes; senatus nihil sane intentus, tutæ tranquillæque res omnes: sed ea prorsus opportuna Catilinæ.

za, nenhum homem de bem louvou jamais cousa alguma, como ella duvidasse esposa-lo, receando um filho já adulto, que elle tinha do primeiro leito, passa por certo ter elle morto o proprio filho, afim de despejar a casa para as sceleradas nupcias. Este crime sem duvida foi, na minha opinião, a causa principal de elle accelerar a sua empresa; não podendo aquella alma impura, aos homens, e aos deoses odiosa, nem acordada, nem dormindo, mais encontrar descanso: tanto lhe atormentava o remorso o atribulado espirito. Pallida a côr, os olhos tôrvos, o andar ora tardo, ora apressado; no rosto, e nos gestos parecia insano.

Tendo, como disse, alliciado os mancebos, passava por mil modos a amestra-los no crime. A muitos obrigava a jurar falso, e contrafazer firmas por dinheiro; a ter em pouco a fé, a honra, e os perigos. Depois de os ter feito atropellar o crédito e a vergonha, lhes impunha maiores delictos. Se para os commetter lhe faltava alguma vez pretexto, mesmo assim os mandava surprehender e degollar innocentes e culpados; para que o animo e o braço não entorpecesse no ocio, gratuitamente se tornava mais perverso e cruel. Em taes amigos e companheiros fiado, e juntamente sabendo serem immensas as dividas por toda a parte, e que os mais dos soldados de Sylla, tendo estragado o que tinhão, saudosos das rapinas e da antiga victoria, anhelavão a guerra civil, concebeo Catilina o projecto de opprimir a republica. Nenhum exercito na Italia; Cn. Pompeo fazendo a guerra nas extremidades do

Igitur circiter kalendas junias, L. Cæsare et C. Figulo consulibus, primo singulos appellare, hortari alios, alios tentare; opes suas, imparatam rempublicam, magna præmia conjurationis docere. Ubi satis explorata sunt, quæ voluit, in unum omnes convocat, quibus maxima necessitudo et plurimum audaciæ inerat. Eo convenere senatorii ordinis P. Lentulus Sura, P. Autronius, L. Cassius Longinus, C. Cethegus, P. et Servius Syllæ Servii filii, L. Vargunteius, Q. Annius, M. Porcius Læca, L. Bestia, Q. Curius; præterea ex equestri ordine, M. Fulvius Nobilior, L. Statilius, P. Gabinius Capito, C. Cornelius; ad hoc multi ex coloniis et municipiis, domi nobiles. Erant præterea complures paulo occultius consilii hujusce participes nobiles, quos magis dominationis spes hortabatur, quam inopia, aut alia necessitudo. Cæterum juventus pleraque, sed maxime nobilium, Catilinæ inceptis favebat. Quibus in otio vel magnifice vel molliter vivere copia erat, incerta pro certis, bellum quam pacem malebant. Fuere item ea tempestate, qui crederent M. Licinium Crassum non ignarum ejus consilii fuisse: quia Cn. Pompeius, invisus ipsi, magnum exercitum ductabat, cujusvis opes voluisse contra illius potentiam crescere; simul confisum, si conjuratio valuisset, facile apud illos principem se fore.

imperio; elle com bôas esperanças de obter o consulado; nenhuma suspeita no senado; uma tranquillidade e segurança geral: tudo emfim era propicio a Catilina.

Assim proximo ás kalendas de junho, consules L. Cesar e C. Figulo, Catilina, pela primeira vez chamando os seus um a um, exhorta estes, sonda aquelles; expõe-lhes os seus recursos, a desapercebida republica, as grandes vantagens da conjuração. Bem explorado, quanto quiz, convocou a conselho todos aquelles, em quem era maior a necessidade e o arrojo. Concorrêrão ali, da ordem senatoria P. Lentulo Sura, P. Autronio, L. Cassio Longino, C. Cethego, P. e Servio, filhos de Servio Sylla. L. Vargunteio, Q. Annio, M. Porcio Leca, L. Bestia, Q. Curio; da ordem equestre, M. Fulvio Nobilior, L. Statilio, P. Gabinio Capito, C. Cornelio, e além destes muitos nobres das colonias e municipios. Entravão tambem nesta conjuração, mas com mais algum recato, muitos outros nobres, induzidos mais da esperança da dominação, que da pobreza, ou precisão alguma. Em summa, quasi toda a mocidade, especialmente dos nobres, favorecia os intentos de Catilina. Homens, que podião viver no ocio ou magnifica ou mimosamente, deixando o certo pelo incerto, antepunhão á paz a guerra. Tambem nesse tempo houve quem suspeitasse, que M. Licinio Crasso não era ignorante deste projecto: porque Cn. Pompeo, de quem era capital inimigo, commandava um grande exercito, e era de suppôr, que desejasse, que um outro, fosse quem

Sed antea item conjuravere pauci contra rempublicam, in quibus Catilina fuit. De qua, quam verissime potero, dicam. L. Tullo, M. Lepido consulibus, P. Autronius et P. Sylla, designati consules, legibus ambitus interrogati pœnas dederant. Post paulo Catilina, pecuniarum repetundarum reus, prohibitus erat consulatum petere, quod intra legitimos dies profiteri nequiverit. Erat eodem tempore Cn. Piso, adolescens nobilis, summæ audaciæ, egens, factiosus quem ad perturbandam rempublicam inopia atque mali mores stimulabant. Cum hoc Catilina et Autronius, circiter nonas decembris consilio communicato, parabant in capitolio kalendis januariis L. Cottam et L. Torquatum consules interficere; ipsi, fascibus correptis, Pisonem cum exercitu ad obtinendas duas Hispanias mittere. Ea re cognita, rursus in nonas februarias consilium cædis transtulerant. Jam tum non consulibus modo, sed plerisque senatoribus perniciem machinabantur. Quod ni Catilina maturasset pro curia signum sociis dare, eo die, post conditam urbem Romam, pessimum facinus patratum foret. Quia nondum frequentes armati convenerant, ea res consilium diremit.

Postea Piso in citeriorem Hispaniam quæstor

fosse, crescesse tanto em poder, que lhe fizesse sombra; lisongeando-se ao mesmo tempo que se a conjuração prevalecesse, facilmente viria elle a ser o chefe.

Mas antes desta, já uns poucos, entre os quaes Catilina, tinhão feito outra conjuração contra a republica. Expo-la-hei, com a maior verdade, que puder. Sendo consules L. Tullo e M. Lépido, P. Autronio e P. Sylla, consules designados, convencidos de soborno, tinhão soffrido a pena da lei. Pouco depois Catilina havia sido inhibido de pedir o consulado; porque não pudera dar o seu nome dentro dos dias da Lei. Achava-se nesse tempo em Roma Cn. Pisão, mancebo nobre, de summa audacia, pobre, faccioso, a quem a indigencia e os máos costumes estimulavão a perturbar a republica. Com este Catilina e Autronio, tendo-lhe communicado o seu projecto, pouco antes das nonas de dezembro, assentárão de nas kalendas de janeiro matar no capitolio os consules L. Cotta e L. Torquato; e, arrebatando os feixes, mandar Pisão com um exercito occupar as duas Hespanhas. Conhecida a trama, transferírão para as nonas de fevereiro a projectada matança. Então já não maquinavão só a morte dos consules, mas a dos mais dos senadores. E, se Catilina de fronte da curia se não apressasse a dar o signal aos socios, nesse dia se houvera perpetrado o maior dos attentados depois da fundação de Roma. Mas por não estar ainda reunido sufficiente numero de armados, se frustrou o intento.

Pisão foi depois mandado questor propretor

pro prætore missus est, adnitente Crasso, quod eum infestum inimicum Cn. Pompeio cognoverat. Neque tamen senatus provinciam invitus dederat. Quippe fœdum hominem a republica procul esse volebat; simul, quia boni complures præsidium in eo putabant, et jam tum potentia Cn. Pompeii formidolosa erat. Sed is Piso, in provinciam ab equitibus Hispanis, quos in exercitu ductabat, iter faciens, occisus est. Sunt qui ita dicunt, imperia ejus injusta, superba, crudelia barbaros nequivisse pati : alii autem, equites illos, Cn. Pompeii veteres fidosque clientes, voluntate ejus Pisonem aggressos; numquam Hispanos præterea tale facinus fecisse, sed imperia sæva multa antea perpessos. Nos eam rem in medio relinquemus. De superiore conjuratione satis dictum.

Catilina ubi eos, quos paulo ante memoravi, convenisse videt, tametsi cum singulis multa sæpe egerat, tamen in rem fore credens universos appellare et cohortari, in abditam partem ædium secedit; atque ibi, omnibus arbitris procul amotis, orationem hujuscemodi habuit :

« Ni virtus fidesque vestra spectata mihi forent, nequidquam opportuna res cecidisset; spes magna, dominatio in manibus frustra fuissent : neque ego per ignaviam, aut vana ingenia, incerta pro certis captarem. Sed quia multis et magnis tempestatibus vos cognovi fortes fidosque mihi, eo animus ausus est maximum atque pulcherrimum facinus incipere; simul quia vobis eadem, quæ mihi, bona malaque esse intellexi. Nam idem velle at-

para a Hespanha citerior a instancias de Crasso, por o conhecer inimigo de Pompeo. E de bom grado lhe deo o senado aquella provincia; porque desejava longe da republica homem tão pernicioso, e tambem porque muitos bons cidadãos julgavão nelle um apoio contra o poder de Pompeo, que já se fazia formidavel. Mas este Pisão, na marcha para a provincia, foi morto pela cavallaria Hespanhola, que levava no exercito. Dizem uns, que no commando era tão injusto e cruel, que nem barbaros o puderão soffrer: outros, que aquelles cavalleiros, antigos e fieis clientes de Pompeo, por ordem deste matárão Pisão; porque tendo até ali os Hespanhoes soffrido muitos commandantes crueis, nunca tal maldade fizerão. Eu não decidirei a questão. Desta primeira conjuração tenho dito assaz.

Catilina, apenas vio reunidos aquelles, de que ha pouco fiz menção, posto que muitas vezes tivesse fallado a cada um em particular, julgando util comtudo fallar e exhortar a todos em geral, se retirou a um quarto mais occulto; e, ali sós e não observados, lhes fez este discurso:

« Se o vosso valor e fidelidade me não fôra conhecido, em vão se me offerecêra opportunidade; em vão bem fundada esperança, o mesmo imperio me cahíra nas mãos: por cobardes e voluveis não deixára eu o certo pelo incerto. Mas porque em muitos e grandes lances vos tenho achado fortes e fieis, o meu animo se arrojou á maior e mais gloriosa empresa; e tambem porque vi que o mesmo, que para mim era bem ou mal, o era para

que idem nolle, ea demum firma amicitia est. Sed, ego quæ mente agitavi, omnes jam antea diversi audistis. Cæterum mihi in dies magis animus accenditur, quum considero, quæ conditio vitæ futura sit, nisi nosmetipsos vindicamus in libertatem. Nam postquam respublica in paucorum potentium jus atque ditionem concessit, semper illis reges, tetrarchæ vectigales esse; populi, nationes stipendia pendere; cæteri omnes, strenui, boni, nobiles atque ignobiles, vulgus fuimus, sine gratia, sine auctoritate, his obnoxii, quibus, si respublica valeret, formidini essemus. Itaque omnis gratia, potentia, honos, divitiæ apud illos sunt, aut ubi illi volunt; nobis reliquere pericula, repulsas, judicia, egestatem. Quæ quousque tandem patiemini, o fortissimi viri? Nonne emori per virtutem præstat, quam vitam miseram atque inhonestam, ubi alienæ superbiæ ludibrio fueris, per dedecus amittere?

« Verum enim vero, pro deum atque hominum fidem! victoria in manu nobis est. Viget ætas, animus valet; contra illis, annis atque divitiis, omnia consenuerunt. Tantummodo incepto opus est; cætera res expediet. Etenim quis mortalium, cui virile ingenium est, tolerare potest, illis divitias superare, quas profundant in exstruendo mari et montibus coæquandis; nobis rem familiarem etiam ad necessaria deesse? Illos binas, aut amplius, domos continuare; nobis larem familiarem nusquam ullum esse? Quum tabulas, signa, to-

vós igualmente. Pois na uniformidade de sentimentos consiste a verdadeira amizade. O que eu revolvo na mente, todos ha pouco separados ouvistes. Mas o animo se me accende cada vez mais, quando considero, qual sorte nos espera se nós a nós mesmos não revendicamos a liberdade. Pois desde que a republica se tornou propriedade e dominio de poucos, só para estes os reis, e tetrarchas são tributarios; os povos e nações contribuem: nós, o resto dos cidadãos, activos, valerosos, nobres e ignobeis, somos vulgo, sem consideração, sem auctoridade, subditos daquelles, que, se estivesse em vigor a republica, de nós tremerião. Assim que toda a consideração, o poder, as honras, as riquezas são para elles, ou para quem elles querem; para nós deixárão os perigos, as repulsas, os processos, a pobreza. Até quando, ó fortissimos, soffreremos tal vituperio? Não he melhor morrer com valor, do que vilmente perder uma vida misera e deshonrada, depois de haverdes sido o ludibrio de alheia soberba?

« Mas não: segura, pelos deoses e pelos homens o juro, temos na mão a victoria. Em nós a idade florece, o animo sobeja; nelles, com os annos e com as riquezas, tudo envelheceo. Basta começar; o mais virá por si mesmo. Que homem de viríl coração póde soffrer, que a elles sobrem riquezas, que esperdição em construir no mar e aplainar montanhas, faltando-nos até o necessario á vida? Que elles dous, ou mais, palacios vão continuando e nós sem um pobre lár? Em quanto elles comprão paineis, estatuas, vasos entalhados, cons-

reumata emunt, nova diruunt, alia ædificant, postremo omnibus modis pecuniam trahunt, vexant; tamen summa libidine divitias suas vincere nequeunt. At nobis est domi inopia, foris æs alienum; mala res, spes multo asperior; denique, quid reliqui habemus, præter miseram animam? Quin igitur expergiscimini? En illa, illa, quam sæpe optastis, libertas! præterea divitiæ, decus, gloria in oculis sita sunt. Fortuna omnia ea victoribus præmia posuit. Res, tempus, pericula, egestas, belli spolia magnifica magis, quam oratio mea, vos hortentur. Vel imperatore, vel milite me utimini. Neque animus, neque corpus a vobis aberit. Hæc ipsa, ut spero, vobis um una consul agam; nisi forte me animus fallit, et vos servire magis, quam imperare, parati estis. »

Postquam accepere ea homines, quibus mala abunde omnia erant, sed neque res neque spes bona ulla; tametsi illis quieta movere magna merces videbatur, tamen postulavere pleriique, ut proponeret, quæ conditio belli foret, quæ præmia armis peterent, quid ubique opis aut spei haberent. Tum Catilina polliceri tabulas novas, proscriptionem locupletium, magistratus, sacerdotia, rapinas, alia omnia, quæ bellum atque libido victorum fert; præterea esse in Hispania citeriore Pisonem, in Mauritania cum exercitu P. Sittium Nucerinum, consilii sui participes; petere consulatum C. Antonium, quem sibi collegam fore speraret, hominem et familiarem, et omnibus necessitudinibus circumventum; cum eo se consulem

truem, demolem, reedificão, por todos os modos emfim dão extracção, dão tratos ao dinheiro, sem que seus insaciaveis appetites possão vencer suas riquezas: nós pobreza em casa, dividas por fóra, máo o presente, péssimo o futuro: que nos resta emfim, senão uma vida mísera? E não acordais ainda? Ei la, ei-la, essa liberdade, que tanto desejais, e com ella as riquezas, a honra, a gloria vos estão ante os olhos! Tudo isto põe a fortuna em premio aos vencedores. A empresa, o tempo, os perigos, a miseria, os magnificos despojos da guerra mais, que as minhas palavras, vos exhortem. Chefe, ou soldado, aqui me tendes. Contai com os meus talentos e com o meu braço. Eis quanto em breve, consul, como espero, porei comvosco em execução, se a mente me não engana, e vós mais, que a mandar, não estais dispostos a servir."

Ouvido este discurso por homens, em quem superabundava quanto he máo, e não havia qualidade, nem esperança alguma bôa; bem que o perturbar o socego lhes não parecesse já pequeno premio, os mais delles pedírão comtudo, que propuzesse, quaes serião as condições da guerra, qual o pago dos seus serviços, que soccorros tinhão a esperar, e de quem. Então Catilina lhes prometteo a abolição das dividas, a proscripção dos ricos, as magistraturas, os sacerdocios, as rapinas, e quanto a guerra e a licença dos vencedores traz comsigo; de mais, que Pisão na Hespanha citerior, na Mauritania P. Sittio Nucerino com os seus exercitos erão sabedores do seu projecto; C. Antonio, homem pobrissimo, e seu intimo amigo, pedia o

initium agendi facturum. Ad hoc maledictis increpabat omnes bonos; suorum unumquemque nominans laudare; admonebat alium egestatis, alium cupiditatis suæ, complures periculi aut ignominiæ, multos victoriæ Syllanæ, quibus ea prædæ fuerat. Postquam omnium animos alacres videt, cohortatus, ut petitionem suam curæ haberent, conventum dimisit.

Fuere ea tempestate, qui dicerent, Catilinam, oratione habita, quum ad jusjurandum populares sceleris sui adigeret, humani corporis sanguinem, vino permixtum, in pateris circumtulisse: inde, quum post exsecrationem omnes degustavissent, sicuti in sollemnibus sacris fieri consuevit, aperuisse consilium suum; atque eo, dictitare, fecisse, quo inter se fidi magis forent, alius alii tanti facinoris conscii. Nonnulli ficta et hæc, et multa præterea, existimabant ab his, qui Ciceronis invidiam, quæ postea orta est, leniri credebant, atrocitate sceleris eorum, qui pœnas dederant. Nobis ea rès pro magnitudine parum comperta est.

Sed in ea conjuratione fuit Q. Curius, natus haud obscuro loco, flagitiis atque facinoribus coopertus; quem censores senatu probri gratia amoverant. Huic homini non minor vanitas inerat, quam audacia; neque reticere, quæ audierat, neque suamet ipse scelera occultare; prorsus neque dicere, neque facere quidquam pensi habebat. Erat ei cum Fulvia, muliere nobili, stupri vetus

consulado, que o esperava ter por collega; e consul com elle daria principio á obra. Soltou depois mil invectivas contra todos os bons; e, elogiando a cada um dos seus nominalmente, a um lembrava a indigencia, a outro a cubiça, a muitos os processos ou a ignominia, e a victoria de Sylla aos que se tinhão enriquecido com os despojos della. Depois que vio a todos contentes, recommendando-lhes, se interessassem na sua pertenção, dissolveo o ajuntamento.

Houve quem então dissesse, que, depois desta falla, Catilina, obrigando a jurar os complices do seu crime, fizera circular nas taças sangue humano misturado com vinho, e depois da imprecação, tendo todos libado, como he uso nos ritos sagrados, lhes descobríra o seu dólo, dizendo, que o fizera para que, conhecendo-se reciprocamente reos de tamanho attentado, fossem entre si mais fieis. Mas tambem não faltou quem julgasse serem estas, e muitas outras cousas inventadas por aquelles, que pensavão com a atrocidade do crime dos justiçados diminuir o odio, que depois se levantou contra Cicero. Eu tenho poucas provas para tamanho crime.

Entrava nesta conjuração Q. Curio, de não obscuro nascimento, de torpezas e delictos coberto, e já, por indigno, expulso do senado pelos censores. Este homem não menos vaidoso, que atrevido, nem sabia calar o que ouvia, nem as suas proprias maldades; em summa, não tinha circunspecção alguma nem no que dizia, nem no que fazia. Com Fulvia, mulher nobre, vivia ha muito desho-

consuetudo. Cui quum minus gratus esset, quia inopia minus largiri poterat, repente glorians, maria montesque polliceri cœpit; minari interdum ferro, nisi sibi obnoxia foret; postremo ferocius agitare, quam solitus erat. At Fulvia, insolentiæ Curii causa cognita, tale periculum reipublicæ haud occultum habuit; sed, sublato auctore, de Catilinæ conjuratione quæ et quo modo audierat, compluribus narravit. Ea res in primis studia hominum accendit ad consulatum mandandum M. Tullio Ciceroni. Namque antea pleraque nobilitas invidia æstuabat, et quasi pollui consulatum credebant, si eum, quamvis egregius, homo novus adeptus foret. Sed ubi periculum advenit, invidia atque superbia postfuere.

Igitur comitiis habitis, consules declarantur M. Tullius et C. Antonius; quod factum primo populares conjurationis concusserat. Neque tamen Catilinæ furor minuebatur: sed in dies plura agitare; arma per Italiam locis opportunis parare; pecuniam sua aut amicorum fide sumptam mutuam, Fæsulas ad Manlium quemdam portare, qui postea princeps fuit belli faciendi.

Ea tempestate plurimos cujusque generis homines adscivisse sibi dicitur; mulieres etiam aliquot, quæ primo ingentes sumptus stupro corporis toleraverant; post, ubi ætas tantummodo quæstui, neque luxuriæ modum fecerat, æs alienum grande conflaverant. Per eas se Catilina cre-

nestamente. Como nella encontrasse menos agrado, depois que a pobreza lhe permittia menos larguezas, de repente, blazonando, começou a prometter-lhe mares e montes, e algumas vezes a ameaça-la com o ferro, se lhe não cedesse, a trata-la emfim com mais arrogancia, que d'antes. Fulvia, conhecida a causa da insolencia de Curio, não occultou um tal perigo da republica; mas, sem nomear quem lho disse, a muitos contou pontualmente quanto ouvíra da conjuração de Catilina. Esta novidade foi o que principalmente accendeo em todos o desejo de conferir o consulado a M. Tullio Cicero. Até ali bramiria de inveja quasi toda a nobreza, julgando como sevandijada esta dignidade, se um homem novo, por mais egregio que fôsse, a obtivesse. Mas, na presença de perigo, a inveja e a soberba cedêrão.

Procedeo-se pois aos comicios, e fôrão declarados consules M. Tullio e C. Antonio; o que ao principio aterrou os conjurados. Não afrouxava comtudo o furor de Catilina, antes maquinando cada vez mais, fazia por toda a Italia apromptar armas nos lugares opportunos, transportar dinheiro, pedido em seu nome, ou no de seus amigos, para Fesulas a um certo Manlio, que depois foi o primeiro a romper a guerra.

Neste meio tempo dizem, que attrahíra a si muitos indivíduos de todas as clases; e tambem algumas mulheres que outr'ora com o tráfico do corpo hião supprindo os seus enormes gastos, e agora pela idade impossibilitadas do lucro, e não do luxo, se tinhão abismado em dividas. Por es-

debat posse servitia urbana sollicitare, urbem incendere, viros earum vel adjungere sibi, vel interficere. Sed in his erat Sempronia, quæ multa sæpe virilis audaciæ facinora commiserat. Hæc mulier genere atque forma, præterea viro atque liberis satis fortunata fuit; litteris Græcis atque Latinis docta; psallere et saltare elegantius, quam necesse est probæ; multa alia, quæ instrumenta luxuriæ sunt. Sed ei cariora semper omnia, quam decus atque pudicitia fuit. Pecuniæ an famæ minus parceret, haud facile decerneres; libidine sic accensa, ut sæpius peteret viros, quam peteretur. Sed ea sæpe antehac fidem prodiderat, creditum abjuraverat, cædis conscia fuerat, luxuria atque inopia præceps abierat. Verum ingenium ejus haud absurdum; posse versus facere, jocum movere, sermone uti vel modesto, vel molli, vel procaci; prorsus multæ facetiæ multusque lepos inerat.

His rebus comparatis, Catilina nihilo minus in proximum annum consulatum petebat, sperans, si designatus foret, facile se ex voluntate Antonio usurum. Neque interea quietus erat, sed omnibus modis insidias parabat Ciceroni. Neque illi tamen ad cavendum dolus, aut astutiæ deerant. Namque a principio consulatus sui, multa pollicendo, per Fulviam effecerat, ut Q. Curius, de quo paulo ante memoravi, consilia Catilinæ sibi proderet. Ad hoc collegam suum Antonium pactione provinciæ perpulerat, ne contra rempublicam senti-

tas pensava Catilina alliciar os escravos urbanos, pôr fogo á cidade, e associar a si ou matar os maridos dellas. Entre estas havia uma Sempronia, que tinha commettido muitos crimes de varonil audacia. Esta mulher, tanto a respeito de nascimento e belleza, como de esposo e filhos era assaz afortunada : douta nas letras Gregas e Latinas; cantava, dançava com mais elegancia, do que a dama honesta convem, e possuia todas as mais prendas, que são incentivo da luxuria. Mas tudo para ella foi sempre mais caro, do que a honra e a honestidade. Se o dinheiro ou a reputação menos poupava, não era facil decidir-se : era tão libidinosa, que mais vezes procurava os homens, do que era procurada. Muitas vezes tinha já trahido a fé, negado dividas, sido capa de assassinios: o luxo e a probreza a tinhão perdido. Era porém de não vulgar engenho; sabia fazer versos, manejar o ridiculo, usar do estilo já modesto, já terno, já picante : tudo fazia emfim com muita galanteria e muita graça.

Isto disposto, insistia Catilina em pedir o consulado para o anno seguinte, esperando, se designado fôsse, governar Antonio á sua vontade. Nem entretanto estava tranquillo, mas por todos os modos armava traições a Cicero; a quem para as prevenir não faltava astucia e manha. Por quanto logo no principio de seu consulado, á força de promessas, conseguíra, por meio de Fulvia, que Q. Curio, de quem acima fallei, lhe communicasse os projectos de Catilina. Além de que tinha obrigado o seu collega Antonio, com a troca de pro-

ret. Circum se præsidia amicorum atque clientium occulte habebat.

Postquam dies comitiorum venit, et Catilinæ neque petitio, neque insidiæ, quas consuli fecerat, prospere cessere; constituit bellum facere, et extrema omnia experiri, quoniam, quæ occulte tentaverat, aspera fœdaque evenerant. Igitur C. Manlium Fæsulas atque in eam partem Etruriæ, Septimum quendam Camertem in agrum Picenum, C. Julium in Apuliam dimisit; præterea alium alio, quem ubique opportunum sibi fore credebat. Interea Romæ multa simul moliri; consuli insidias tendere, parare incendia, opportuna loca armatis hominibus obsidere; ipse cum telo esse, item alios jubere; hortari, uti semper intenti paratique essent; dies noctesque festinare, vigilare, neque insomniis, neque labore fatigari.

Postremo ubi multa agitanti nihil procedit, rursus intempesta nocte conjurationis principes convocat per M. Porcium Læcam; ibique multa de ignavia eorum questus; docet, se Manlium præmisisse ad eam multitudinem, quam ad capienda arma paraverat; item alios in alia loca opportuna, qui initium belli facerent; seque ad exercitum proficisci cupere, si prius Ciceronem oppressisset; eum suis consiliis multum officere. Igitur perterritis ac dubitantibus cæteris, C. Cornelius, eques Romanus, operam suam pollicitus, et cum eo L. Vargunteius senator, constituere ea

vincia a não estar de máo animo contra a republica. E em torno de si tinha occultamente uma guarda de amigos e clientes.

Sendo passado o dia dos comicios, e não tendo Catilina sahido bem da sua pertenção, nem das traições que urdíra ao consul, resolveo fazer a guerra e experimentar os ultimos recursos; visto que das suas occultas tentativas só tirára damno e vergonha. Para o que despachou C. Manlio para Fesulas e toda aquella parte da Etruria, um certo Septimo Camerte para o campo Piceno, e outros para outros sitios, como e onde cada qual lhe pareceo opportuno. Elle em Roma entretanto maquinava a um tempo mil cousas; traições ao consul, incendios á cidade, cercar de gente armada os logares opportunos: andava armado sempre, aos outros ordenava o mesmo, exhortando-os a que sempre estivessem promptos e alerta; e, noite e dia lidando, velando, nem ás vigilias, nem ao trabalho cede.

Vendo emfim, que a pezar de tantos esforços nada progredia, segunda vez, alta noite, convoca por M. Porcio Leca os cabeças da conjuração; e ahi depois de muito se queixar da sua molleza, lhes diz, que tinha já mandado Manlio para se pôr á testa da multidão, que elle havia disposto a tomar as armas, e outros para outros logares opportunos, a fim de darem principio á guerra; e que desejava partir para o exercito, logo que se desfizesse de Cicero, que era o principal estorvo aos seus projectos. A tal proposição aterrados e duvidosos todos os mais, C. Cornelio, cavalleiro

nocte paulo post cum armatis hominibus, sicuti salutatum, introire ad Ciceronem, ac de improviso domi suæ imparatum confodere. Curius ubi intelligit, quantum periculum consuli impendeat, propere per Fulviam Ciceroni dolum, qui parabatur, enunciat. Ita illi, janua prohibiti, tantum facinus frustra susceperant.

Interea Manlius in Etruria plebem sollicitare, egestate simul, ac dolore injuriæ, novarum rerum cupidam, quod, Syllæ dominatione, agros bonaque omnia amiserat; præterea latrones cujusque generis, quorum in ea regione magna copia erat; nonnullos ex Syllanis colonis, quibus libido atque luxuria ex magnis rapinis nihil reliqui fecerant. Ea quum Ciceroni nunciarentur; ancipiti malo permotus, quod neque Urbem ab insidiis privato consilio longius tueri poterat, neque exercitus Manlii quantus, aut quo consilio foret, satis compertum habebat, rem ad senatum refert, jam antea vulgi rumoribus exagitatam. Itaque, quod plerumque in atroci negotio solet, senatus decrevit, darent operam consules, ne quid respublica detrimenti caperet. Ea potestas per senatum, more Romano, magistratui maxima permittitur, exercitum parare, bellum gerere, coercere omnibus modis socios atque cives, domi militiæque imperium atque judicium summum habere; aliter, sine populi jussu, nulli earum rerum consuli jus est.

romano, e com elle o senador L. Vargunteio, offereceo a sua cooperação, e ajustárão ir dali a um pouco naquella mesma noite com gente armada a casa de Cicero, como para o saudar, e de repente mata-lo desapercebido. Curio, vendo quão grande perigo estava imminente ao consul, a toda a pressa por meio de Fulvia lhe fez saber o laço, que se lhe urdia. Assim elles, impedidos de entrar, em vão se incumbírão de um tal crime.

Entretanto Manlio na Etruria sollicitava a plebe cubiçosa de novidade, tanto pela pobreza, como pelo resentimento da injuria; porque, na tyrannia de Sylla, tinha perdido as terras e todos os seus bens; assim como os ladrões de toda a especie, dos quaes havia grande copia naquella região; e alguns dos colonos de Sylla, a quem a devassidão e luxo tinhão consumido o resto de seus grandes roubos. Cicero, a tal noticia, assustado com o dobrado perigo, porque nem com a sua particular prudencia podia por mais tempo preservar das traições a cidade, nem sabia com certeza qual era a força do exercito de Manlio, ou de que animo estava; propôz no senado o caso, que já andava nos rumores do vulgo. A' vista do que, o senado, como he costume nos urgentes perigos, decretou, que provessem os consules, que não viesse damno á republica. Com isto, segundo a constituição Romana, se concedem pelo senado a estes magistrados amplissimos poderes, para levantar exercito, fazer a guerra, cohibir por todos os modos os alliados e cidadãos, ter despotico imperio e julgar sem appellação no civil e no militar: fóra deste caso, sem

Post paucos dies L. Sænius senator in senatu litteras recitavit, quas Fæsulis allatas sibi dicebat; in quibus scriptum erat, « C. Manlium arma cepisse, cum magna multitudine, ante diem VI kalendas novembris. » Simul, id quod in tali re solet, alii portenta atque prodigia nunciabant, alii conventus fieri, arma portari, Capuæ atque in Apulia servile bellum moveri. Igitur senatus decreto Q. Marcius Rex Fæsulas, Q. Metellus Creticus in Apuliam circumque ea loca missi. Ii utrique ad urbem imperatores erant, impediti, ne triumpharent, calumnia paucorum, quibus omnia honesta atque inhonesta vendere mos erat. Sed prætores Q. Pompeius Rufus Capuam, Q. Metellus Celer in agrum Picenum, iisque permissum, uti pro tempore atque periculo exercitum compararent. Ad hoc, si quis indicavisset de conjuratione, quæ contra republicam facta erat, præmium, servo libertatem et sestertia centum, libero impunitatem ejus rei et sestertia ducenta. Itemque decrevere, uti gladiatoriæ familiæ Capuam et in cætera municipia distribuerentur, pro cujusque opibus; Romæ per totam urbem vigiliæ haberentur, hisque minores magistratus præessent.

Quibus rebus permota civitas, atque immutata Urbis facies erat; ex summa lætitia atque lascivia, quæ diuturna quies pepererat, repente omnes tristitia invasit. Festinare, trepidare; neque loco,

ordem do povo nada disto póde fazer o consul.

Poucos dias depois o senador L. Senio leo no senado uma carta, que diziá lhe chegára de Fesulas, em que lhe escrevião, que « na madrugada do dia 6 das kalendas de novembro, C. Manlio com grande multidão havia tomado as armas ». Ao mesmo tempo, como he costume em taes casos, uns annunciavão portentos e prodigios, outros, que se fazião reuniões, transportavão armas; em Capua e na Apulia se maquinava guerra de escravos. Em consequencia do que, por decreto do senado fôrão mandados Q. Marcio Rex para Fesulas, Q. Metello Cretico para a Apulia e seus contornos. Ambos estes generaes estavão ás portas de Roma, impedidos de triunfar pela calumnia de alguns individuos, cujo costume era vender o justo e o injusto. Os pretores Q. Pompeo Rufo para Capua, Q. Metello Celer para o campo Piceno, auctorisados para levantar exercito segundo o tempo e o perigo. Tambem se decretou em premio a quem descobrisse alguma cousa da conjuração feitá contra a republica, sendo escravo a liberdade e cem sestercios; duzentos, sendo livre, e a impunidade deste crime. Decretou-se tambem, que as companhias de gladiadores fossem distribuidas por Capua e mais municipios, segundo as forças de cada um; e em Roma se postassem por toda a cidade guardas commandadas por magistrados menores.

Estas novidades tinhão aterrado todos os cidadãos, mudado o aspecto de Roma: á mais excessiva alegria e sensualidade, filhas da diuturna paz, succedeo de repente uma tristeza geral. Tudo era

neque homini cuiquam satis credere; neque bellum gerere, neque pacem habere; suo quisque metu pericula metiri. Ad hoc mulieres, quibus, reipublicæ magnitudine, belli timor insolitus incesserat, afflictare sese, manus supplices ad cœlum tendere; miserari parvos liberos; rogitare, omnia pavere; superbia atque deliciis omissis, sibi patriæque diffidere.

At Catilinæ crudelis animus eadem illa movebat, tametsi præsidia parabantur, et ipse lege Plautia interrogatus erat ab L. Paulo. Postremo dissimulandi causa, aut sui expurgandi, sicuti jurgio lacessitus foret, in senatum venit. Tum M. Tullius consul, sive præsentiam ejus timens, sive ira commotus, orationem habuit luculentam atque utilem reipublicæ, quam postea scriptam edidit. Sed ubi ille assedit, Catilina, ut erat paratus ad dissimulanda omnia, demisso vultu, voce supplici postulare a patribus cœpit, « ne quid de se temere crederent; ea familia ortum, ita se ab adolescentia vitam instituisse, ut omnia bona in spe haberet; ne æstimarent, sibi, patricio homini, cujus ipsius atque majorum plurima beneficia in plebem Romanam essent, perdita republica opus esse, quum eam servaret M. Tullius, inquilinus civis urbis Romæ. » Ad hoc maledicta alia quum adderet, obstrepere omnes, hostem atque parricidam vocare. Tum ille furibundus : « Quoniam quidem circumventus, inquit, ab inimicis præceps agor, incendium meum ruina restinguam. »

correr, trepidar, não se fiar de logar, nem de pessôa alguma; nem fazer guerra, nem estar em paz; medir cada um pelo seu temor o perigo. As mulheres que até ali á sombra da grandeza do imperio desconheciâo o temor da guerra, consternadas, erguendo as mãos aos ceos carpião os tenros filhos; perguntavão, tremião de tudo; esquecidas da soberba e das delicias, desconfiavão de si e da patria.

Mas o cruel Catilina maquinava da mesma sorte, a pezar das forças, que se apromptavão, e de ter sido, segundo a lei Plaucia, interrogado por L. Paulo. Finalmente para dissimular, ou justificarse, como se na contenda fosse elle o provocado, se apresentou no senado. Então o consul M. Tullio, ou temendo a sua presença, ou transportado d'ira, fez uma oração luminosa e util á republica, a qual depois fez correr escripta. Mas apenas elle se assentou, Catilina, que vinha preparado para toda a dissimulação, com os olhos baixos, em voz maviosa começou a pedir aos senadores: « que a seu respeito nada acreditassem temerariamente; pois descendia d'uma tal familia; desde a sua adolescencia se havia comportado de sorte, que todos os bens devia esperar; que se não persuadissem, que um patricio, cuja pessôa e cujos maiores tanto havião servido o povo Romano, procurasse a ruina da republica, quando a defendia um M. Tullio, cidadão inquilino da cidade de Roma. Como a estas accrescentasse outras invectivas, com grande rumor gritárão todos os senadores, chamando-lhe inimigo e parricida. Então elle furibundo: « Pois que por toda a parte cercado, sou, disse, por meus inimi-

Deinde se ex curia domum proripuit. Ibi multa secum ipse volvens, quod neque insidiæ consuli procedebant, et ab incendio intelligebat urbem vigiliis munitam, optimum factu credens, exercitum augere, ac prius, quam legiones scriberentur, multa antecapere quæ bello usui forent, nocte intempesta cum paucis in manliana castra profectus est. Sed Cethego atque Lentulo, cæterisque, quorum cognoverat promptam audaciam, mandat, quibus rebus possent, opes factionis confirment, insidias consuli maturent, cædem, incendia, aliaque belli facinora parent; sese propediem cum magno exercitu ad urbem accessurum.

Dum hæc Romæ geruntur, C. Manlius ex suo numero legatos ad Marcium Regem mittit, cum mandatis hujuscemodi : « Deos hominesque testamur, imperator, nos arma neque contra patriam cepisse, neque quo periculum aliis faceremus, sed uti corpora nostra ab injuria tuta forent; qui miseri, egentes, violentia atque crudelitate feneratorum plerique patria, sed omnes fama atque fortunis expertes sumus. Neque cuiquam nostrum licuit, more majorum, lege uti, neque, amisso patrimonio, liberum corpus habere; tanta sævitia feneratorum atque prætoris fuit. Sæpe majores vestri, miserti plebis Romanæ, decretis suis inopiæ ejus opitulati sunt; ac novissime memoria nostra, propter magnitudinem æris alieni, volentibus omnibus bonis, argentum

gos arrastado ao precipicio, apagarei o meu incendio com a sua ruina. »

Da curia correo subito a casa. Ali depois de muito batalhar comsigo mesmo, como as traições ao consul se mallogravão, e a cidade com as guardas lhe parecia bem preservada do incendio, julgando que o melhor seria augmentar o exercito, e antes, que se alistassem as legiões, prover-se do necessario para a guerra; partio com poucos, alta noite, para o campo de Manlio. A Cethego, Lentulo, e outros, cujo prompto arrojo conhecia, deixou porém ordenado, que por todos os modos possiveis engrossassem as forças da facção, apressassem as traições ao consul, preparassem assassinios, incendios, e outras hostilidades; que elle em breve com um grande exercito estaria ás portas da cidade.

Em quanto isto se passa em Roma, C. Manlio enviou alguns dos seus a Marcio Rex com esta mensagem: « General, por testemunhas damos os deoses e os homens de que não tomámos as armas contra a patria, nem para offender alguem; mas para livrar da oppressão nossas pessôas: nós, míseros indigentes, que pela violencia e crueldade dos credores, muitos estamos sem patria, e todos sem reputação e fortuna. Nem a um só de nós se concedeo, a exemplo de nossos maiores, gozar do favor da lei, nem, perdidos os bens, ter ao menos livre a pessôa: tal ha sido a deshumanidade dos usurarios, e do pretor. Muitas vezes vossos maiores, condoídos da plebe Romana, com decretos acudírão á sua míseria: e ultimamente em nossos dias, por serem enormes as dividas, a con-

ære solutum est. Sæpe ipsa plebs, aut dominandi studio permota, aut superbia magistratuum, armata a patribus secessit. At nos non imperium, neque divitias petimus, quarum rerum causa bella atque certamina omnia inter mortales sunt; sed libertatem, quam nemo bonus, nisi cum anima simul, amittit. Te atque senatum obtestamur, consulatis miseris civibus; legis præsidium, quod iniquitas prætoris eripuit, restituatis; neve nobis eam necessitudinem imponatis, ut quæramus, quonam modo, maxime ulti sanguinem nostrum, pereamus. » Ad hæc Q. Marcius respondit : « Si quid ab senatu petere vellent, ab armis discedant, Romam supplices proficiscantur; ea mansuetudine atque misericordia senatum populumque Romanum semper fuisse, ut nemo umquam ab eo frustra auxilium petiverit. »

At Catilina ex itinere plerisque consularibus, præterea optimo cuique, litteras mittit : « Se falsis criminibus circumventum, quoniam factioni inimicorum resistere nequiverit, fortunæ cedere, Massiliam in exsilium proficisci; non quo sibi tanti sceleris conscius esset, sed uti respublica quieta foret, neve ex sua contentione seditio oriretur. » Ab his longe diversas litteras Q. Catulus in senatu recitavit, quas sibi nomine Catilinæ redditas dicebat. Earum exemplum infra scriptum est :

« L. Catilina Q. Catulo S. Egregia tua fides, re cognita, grata mihi, magnis in meis periculis,

sentimento de todos os bons, se pagou só a quarta parte. Muitas vezes a mesma plebe, incitada ou do desejo de mandar, ou da soberba dos magistrados, se armou e separou do senado. Nós não pedimos mando, nem riquezas, que de todas as guerras e desavenças entre os homens são causa; pedimos a liberdade, que nenhum homem digno perde senão com a vida. A ti e ao senado imploramos, que attendais aos miseraveis cidadãos; nos restituais o amparo da lei, que nos roubou a iniquidade do pretor; e nos não imponhais a dura necessidade de procurarmos, seja o modo qual fôr, morrer, deixando largamente vingado o nosso sangue. » Ao que respondeo Q. Marcio: « Que, se alguma cousa tinhão a pedir ao senado, depuzessem as armas, e como supplicantes fossem a Roma; que de tal benignidade e misericordia fôra sempre o senado e povo Romano, que ninguem debalde lhes tinha pedido auxilio. »

Catilina escreveo do caminho aos mais dos consulares, e além destes a uma ou outra pessôa de maior probidade: « Que perseguido com falsos crimes, não podendo resistir á facção inimiga, cēdia á fortuna e hia desterrar-se em Massília; não porque se conhecesse complice de um tal crime, mas para que a republica ficasse tranquilla, e da sua defesa se não originasse alguma sedição. Mas em sentido mui diverso leo Q. Catulo no senado uma carta, que dizia lhe fôra entregue da parte de Catilina; da qual eis a copia:

« L. Catilina a Q. Catulo saude. A tua egregia fidelidade, por mim conhecida, grata nos meus

fiduciam commendationi meæ tribuit. Quamobrem defensionem in novo consilio non statui parare, satisfactionem ex nulla conscientia de culpa proponere decrevi, quam me Dius fidius veram licet cognoscas. Injuriis contumeliisque concitatus, quod fructu laboris industriæque meæ privatus, statum dignitatis non obtinebam, publicam miserorum causam, pro mea consuetudine, suscepi; non quin æs alienum meis nominibus ex possessionibus solvere possem, quum et alienis nominibus liberalitas Orestillæ suis filiæque copiis persolveret: sed quod non dignos homines honore honestatos videbam, meque falsa suspicione alienatum esse sentiebam. Hoc nomine satis honestas pro meo casu spes reliquæ dignitatis conservandæ sum sequutus. Plura quum scribere vellem, nunciatum est vim mihi parari. Nunc Orestillam commendo tuæque fidei trado. Eam ab injuria defendas, per liberos tuos rogatus. Aveto. »

Sed ipse paucos dies commoratus apud C. Flaminium in agro Reatino, dum vicinitatem, antea sollicitatam, armis exornat, cum fascibus atque aliis imperii insignibus in castra ad Manlium contendit. Hæc ubi Romæ comperta sunt, senatus Catilinam et Manlium hostes judicat; cæteræ multitudini diem statuit, ante quam sine fraude liceret ab armis discedere, præter rerum capitalium condemnatis. Præterea decernit, uti consules delectum habeant; Antonius cum exercitu

grandes perigos, dá confiança ás minhas supplicas. Por isso que da minha nova resolução assentei não produzir defesa, vou fazer-te uma franca declaração, filha de nenhuma consciencia de culpa, a qual, te juro, acharás verdadeira. Com injurias e affrontas provocado, como, privado do fructo do meu suor e industria, não obtinha a consideração propria da minha dignidade, abracei, como costumo, a causa publica dos infelizes; não por não ter com que pagar as dívidas, por mim contrahidas, quando a generosidade de Orestilla com os seus bens e os de sua filha pagava aquellas, a que eu me obriguei por outrem; mas por ver homens indignos ennobrecidos com honras, e eu dellas excluido por uma falsa suspeita. Por este motivo segui a esperança, não pouco honrosa para o meu estado, de conservar o resto da minha dignidade. Mais queria dizer-te, mas sou avisado, que se me prepara nova violencia. Eu te recommendo, e á tua probidade entrego Orestilla. Que a defendas de todo o insulto pelos teus filhos te rogo. Adeos. »

Depois, tendo-se demorado poucos dias nas terras de Reate em casa de C. Flaminio, em quanto armava aquelles povos, já d'ante mão seduzidos, com os feixes, e mais imperatorias insignias partio para o campo de Manlio. Sabido isto em Roma, o senado declarou inimigos da patria Catilina e Manlio, e ao resto da multidão, menos os convencidos de crime capital, estabeleceo um praso, dentro do qual poderião sem castigo depôr as armas. Decretou mais, que os consules recrutassem, Antonio

Catilinam persequi maturet; Cicero urbi præsidio sit.

Ea tempestate mihi imperium populi Romani multo maxime miserabile visum est. Cui quum ad occasum ab ortu solis omnia, domita armis, parerent; domi otium atque divitiæ, quæ prima mortales putant, affluerent: fuere tamen cives, qui seque remque publicam obstinatis animis perditum irent. Namque duobus senatus decretis, ex tanta multitudine neque præmio inductus conjurationem patefecerat, neque ex castris Catilinæ quisquam omnium discesserat. Tanta vis morbi, atque uti tabes plerosque civium animos invaserat.

Neque solum illis aliena mens erat, qui conscii conjurationis fuerant; sed omnino cuncta plebs novarum rerum studio Catilinæ incepta probabat. Id adeo more suo videbatur facere. Nam semper in civitate, quibus opes nullæ sunt, bonis invident, malos extollunt; vetera odere, nova exoptant; odio suarum rerum mutari omnia student; turba atque seditionibus sine cura aluntur, quoniam egestas facile habetur sine damno.

Sed urbana plebs, ea vero præceps ierat de multis causis. Primum omnium, qui ubique probro atque petulantia maxime præstabant; item alii, per dedecora patrimoniis amissis; postremo omnes, quos flagitium aut facinus domo expulerat, ii Romam, sicuti in sentinam, confluxerant. Deinde multi memores Syllanæ victoriæ, quod ex grega-

com um exercito fosse logo no alcance de Catilina, Cicero guardasse a cidade.

Então mais deploravel, que nunca, me pareceo o imperio do povo Romano. Quando do oriente ao occaso tudo, sujeito á força d'armas, lhe obedecia; no interior o ocio e as riquezas, que os homens olhão como os primeiros bens, affluião: houve cidadãos, que, a pezar disso, com animos obstinados, buscavão perder comsigo a republica. Pois não obstante os dous decretos do senado, de tão grande multidão nem um só, induzido do premio, revelou cousa alguma da conjuração, nem desertou do campo de Catilina. Com tanta força este mal, ou contagio tinha invadido os animos dos mais dos cidadãos.

Não só os conjurados trazião alienado o espirito; mas em geral toda a plebe, cubiçosa de novidade, approvava os projectos de Catilina. Nisto seguia o seu costume. Porque sempre em todo o governo os que nada tem, invejão os bons, exaltão os máos, aborrecem o antigo, appetecem cousas novas, desgostosos do seu estado procurão tudo mudar, e sem receio se nutrem de tumultos e sedições; porque a pobreza facilmente escapa illesa.

Mas quanto á plebe de Roma, por muitas causas era arrastada. Em primeiro lugar, aquelles que em toda a parte se tinhão mais destinguido em maldade e petulancia, aquelles, que em torpezas tinhão dissipado os patrimonios, aquelles emfim, a quem a deshonra e os crimes tinhão expulsado de casa, todos havião confluido a Roma, como a uma

riis militibus alios senatores videbant, alios ita divites, ut regio victu atque cultu ætatem agerent, sibi quisque, si in armis foret, ex victoria talia sperabat. Præterea juventus, quæ in agris manuum mercede inopiam toleraverat, privatis atque publicis largitionibus excita, urbanum otium ingrato labori prætulerat. Eos atque alios omnes malum publicum alebat. Quo minus mirandum est, homines egentes, malis moribus, maxima spe, reipublicæ juxta ac sibi consuluisse. Præterea quorum, victoria Syllæ, parentes proscripti, bona erepta, jus libertatis imminutum erat, haud sane alio animo belli eventum exspectabant. Ad hoc, quicumque aliarum atque senatus partium erant, conturbari rempublicam, quam minus valere ipsi malebant.

Id adeo malum multos post annos in civitatem reverterat. Nam postquam Cn. Pompeio et M. Crasso consulibus tribunitia potestas restituta est; homines adolescentes summam potestatem nacti, quibus ætas animusque ferox erat, cœpere, senatum criminando, plebem exagitare, dein largiendo atque pollicitando magis incendere; ita ipsi clari potentesque fieri. Contra eos summa ope nitebatur pleraque nobilitas, senatus specie, pro sua magnitudine. Namque, uti paucis verum absolvam, post illa tempora quicumque rempublicam agitavere, honestis nominibus, alii, sicuti populi jura defenderent, pars, quo senatus auctoritas ma-

sentina. Depois muitos, lembrados da victoria de Sylla, e vendo alguns de simplices soldados feitos senadores, outros tão ricos, que vivião com mesa e fausto real, cada um para si esperava, se as armas tomasse, os mesmos resultados da victoria. Além destes, a mocidade, que nos campos hia, com o seu jornal supportando a miseria, attrahida das liberalidades publicas e particulares, ao trabalho ingrato havia preferido o ocio da cidade. Estes e outros vivião do mal publico. Assim menos he de estranhar, que homens de máos costumes, cheios de grandes esperanças, confundissem com o seu o interesse publico. De mais, aquelles, a quem, por occasião da victoria de Sylla, tinhão sido proscriptos os parentes, tirados os bens, os privilegios coarctados, com animo não menos damnado esperavão o exito da guerra. Emfim quantos erão do partido opposto ao senado antes querião, que se conturbasse a republica, do que verem-se valendo menos.

Tinha este mal, depois de muitos annos, ha pouco voltado a Roma. Por quanto depois que no consulado de Cn. Pompeo e M. Crasso se restituio o tribunato, alguns moços, revestidos deste summo poder, altivos por genio e por idade, entrárão a criminar o senado, a instigar a plebe, e depois com dadivas e promessas a accende-la mais e mais; porque assim se fazião mais celebres e poderosos. A estes se oppunha com todas as suas forças quasi toda a nobreza, pretextando, que o fazia pelo senado; mas era pela sua propria grandeza. Pois a dizer a verdade em poucas palavras, quantos depois daquella época, debaixo de honestos pretex-

xima foret, bonum publicum simulantes, pro sua quisque potentia certabant. Neque illis modestia, neque modus contentionis erat; utrique victoriam crudeliter exercebant.

Sed postquam Cn. Pompeius ad bellum maritimum atque Mithridaticum missus est; plebis opes imminutæ, paucorum potentia crevit. Hi magistratus, provincias, aliaque omnia tenere; ipsi innoxii, florentes, sine metu ætatem agere, cæterosque judiciis terrere, quo plebem in magistratu placidius tractarent. Sed ubi primum, dubiis rebus, novandi spes oblata est, vetus certamen animos eorum arrexit. Quod si primo prælio Catilina superior, aut æqua manu discessisset, profecto magna clades atque calamitas rempublicam oppressisset; neque illis, qui victoriam adepti forent, diutius ea uti licuisset, quin defessis et exsanguibus, qui plus posset, imperium atque libertatem extorqueret.

Fuere tamen extra conjurationem complures, qui ad Catilinam initio profecti sunt. In his erat Fulvius, senatoris filius, quem retractum ex itinere parens necari jussit. Iisdem temporibus Romæ Lentulus, sicuti Catilina præceperat, quoscumque moribus aut fortuna novis rebus idoneos credebat, aut per se, aut per alios sollicitabat; neque solum cives, sed cujusque modi genus hominum, quod modo bello usui foret. Igitur P. Umbreno cuidam negotium dat, uti legatos Allobrogum re-

tos agitárão a republica, uns, como para defender os direitos do povo, outros, para ampliar a auctoridade do senado, todos affectavão zêlo do bem publico, e cada qual combatia pelo proprio poder. Não guardavão nos debates decencia, nem modo; e uns e outros exercião cruelmente a victoria.

Mas depois que Pompeo foi mandado para a guerra maritima e Mithridatica, decaírão as forças do povo, cresceo o poder de poucos. Apossárão-se estes das magistraturas, das provincias, e de tudo o mais; irresponsaveis, florentes, vivião sem temor, e aterravão os mais com processos, para que durante as suas magistraturas menos instigassem o povo. Mas apenas a incerteza das cousas offereceo a menor esperança d'innovar, tornou a antiga contenda a accender os animos. De sorte que se na primeira batalha Catilina ficasse superior, ou pelo menos igual, de certo grande estrago e calamidade opprimiria a republica; nem os que alcançassem a victoria, a gozarião por muito tempo; porque, fatigados e enfraquecidos, aquelle, que mais pudesse, lhes arrebataria o imperio e a liberdade.

Muitos houve tambem de fóra da conjuração, que logo no principio se fôrão para Catilina. Era um destes Fulvio, filho d'um senador, que, reconduzido do caminho, foi morto por ordem do pai. Nesse mesmo tempo Lentulo em Roma, como Catilina ordenára, por si, ou por outrem sollicitava todos aquelles, que, por seus costumes, ou fortuna, julgava idoneos para revolta; fossem, ou não cidadãos, como tivessem prestimo para a guerra. Para o que incumbio um certo P. Umbreno de son-

quirat, eosque, si possit, impellat ad societatem belli; existimans publice privatimque ære alieno oppressos, præterea, quod natura gens Gallica bellicosa esset, facile eos ad tale consilium adduci posse.

Umbrenus, quod in Gallia negotiatus erat, plerisque principibus civitatum notus erat, atque eos noverat. Itaque sine mora, ubi primum legatos in foro conspexit, percunctatus pauca de statu civitatis, et quasi dolens ejus casum, requirere cœpit, quem exitum tantis malis sperarent? Postquam illos videt queri de avaritia magistratuum, accusare senatum, quod in eo auxilii nihil esset, miseriis suis remedium mortem exspectare: « At ego, inquit, vobis, si modo viri esse vultis, rationem ostendam, qua tanta ista mala effugiatis. » Hæc ubi dixit, Allobroges in maximam spem adducti Umbrenum orare, ut sui misereretur; nihil tam asperum, neque tam difficile esse, quod non cupidissime facturi essent, dum ea res civitatem ære alieno liberaret. Ille eos in domum D. Bruti perducit, quod foro propinqua erat, neque aliena consilii, propter Semproniam; nam tum Brutus Roma aberat. Præterea Gabinium arcessit, quo major auctoritas sermoni inesset. Eo præsente conjurationem aperit, nominat socios, præterea multos cujusque generis innoxios, quo legatis animus amplior esset; deinde eos, pollicitos operam suam, domum dimitt t.

Sed Allobroges diu in incerto habuere, quidnam consilii caperent. In altera parte erat æs alie-

dar os legados dos Allobrogos, e induzi-los, se pudesse, a entrar na guerra; julgando, que, opprimidos de dividas publicas e particulares, e, como Gallos, por natureza bellicosos, não seria difficil induzi-los a isso.

Umbreno, porque na Gallia negociára, conhecia e era conhecido dos mais dos principaes das cidades. Assim, apenas vio na praça os legados, fazendo-lhes algumas perguntas sobre o estado da nação e como lastimando a sua desgraça, passou logo a perguntar-lhes, que exito esperavão a tantos males? Depois que os vio queixar da avareza dos magistrados, accusar o senado, por não terem nelle encontrado apoio algum, e olhar a morte como o só remedio ás suas miserias: « Pois eu, se quereis ser homens, lhes diz, vos mostrarei o modo de sahir de tantos males. » Mal isto disse, os Allobrogos, concebendo alta esperança, supplicárão a Umbreno, se compadecesse delles; que nada havia tão aspero e difficil, que elles com a melhor vontade não fizessem, como isso livrasse a nação do peso das dividas. Elle os conduz a casa de D. Bruto, por ser vizinha á praça, e não alheia da empresa, por causa de Sempronia; porque Bruto não estava então em Roma. Depois fez chamar Gabinio, para dar mais auctoridade ás suas palavras; e, presente este, lhes descobre a conjuração e nomeia os socios, incluindo de todas as ordens muitos, que o não erão, para mais animar os legados; depois, tendo elles promettido a sua cooperação, os despedio.

Longo tempo estiverão em duvida os Allobrogos, sobre qual partido tomassem. Tinhão d'uma

num, studium belli, magna merces in spe victoriæ; at in altera majores opes, tuta consilia, pro incerta spe certa præmia. Hæc illis volventibus, tandem vicit fortuna reipublicæ. Itaque Q. Fabio Sangæ, cujus patrocinio civitas plurimum utebatur, rem omnem, uti cognoverant, aperiunt. Cicero, per Sangam consilio cognito, legatis præcepit, ut studium conjurationis vehementer simulent, cæteros adeant, bene polliceantur, dentque operam, uti eos quam maxime manifestos habeant.

Iisdem fere temporibus in Gallia citeriore atque ulteriore, item in agro Piceno, Bruttio, Apulia motus erat. Namque illi, quos antea Catilina dimiserat, inconsulte ac veluti per dementiam cuncta simul agebant; nocturnis consiliis, armorum atque telorum portationibus, festinando, agitando omnia, plus timoris quam periculi effecerant. Ex eo numero complures Q. Metellus Celer prætor ex senatus consulto, causa cognita, in vincula conjecerat; item in ulteriore Gallia C. Murena, qui ei provinciæ legatus præerat.

At Romæ Lentulus cum cæteris, qui principes conjurationis erant, paratis, ut videbatur, magnis copiis, constituerat, uti, quum Catilina in agrum Fæsulanum cum exercitu venisset, L. Bestia tribunus plebis, concione habita, quereretur de actionibus Ciceronis, bellique gravissimi invidiam optimo consuli imponeret; eo signo, proxima nocte cætera multitudo conjurationis suum quisque negotium exsequeretur. Sed ea divisa hoc modo dicebantur: Statilius et Gabinius uti cum magna

parte as dividas, o desejo da guerra, as grandes vantagens da esperada victoria; da outra maiores forças, risco nenhum, certos premios em vez d'incertas esperanças. Isto bem ponderado por elles, venceo emfim a fortuna da republica. A Q. Fabio Sanga, que muito patrocinava a sua cidade, contão o caso, como o tinhão sabido. Cicero, instruido por Sanga, ordena aos legados, que affectem o mais vivo interesse pela conjuração, procurem os mais, tudo promettão, e fação por bem os conhecer.

Quasi ao mesmo tempo na Gallia citerior e ulterior, bem como no campo Piceno, Brucio, e Apulia havia movimentos. Por quanto os emissarios de Catilina inconsideradamente e como loucos querendo fazer tudo junto, com reuniões nocturnas, transportes de armamentos e lanças, apressando, amotinando tudo, tinhão causado mais susto, que perigo. A muitos destes o pretor Q. Metello Celer, conforme o decreto do senado, tinha processado e prendido; e o mesmo fizera na Gallia ulterior C. Murena, que na qualidade de legado governava aquella provincia.

Em Roma Lentulo com os mais cabeças da conjuração, preparadas forças, a seu ver, sufficientes, havia determinado, que apenas Catilina com o exercito chegasse ao territorio Fesulano, o tribuno do povo, L. Bestia, convocada a assemblea, se queixasse dos procedimentos de Cicero, lançando sobre o optimo consul o ódio de tão funesta guerra; o que seria o signal, para na proxima noite cada um dos da multidão conjurada fazer o que lhe fôra prescripto. E os detalhes dizem que erão

manu duodecim simul opportuna loca urbis incenderent, quo tumultu facilior aditus ad consulem cæterosque, quibus insidiæ parabantur, fieret; Cethegus Ciceronis januam obsideret, eumque vi aggrederetur, alius autem alium; sed filii familiarum, quorum ex nobilitate maxima pars erat, parentes interficerent; simul, cæde et incendio perculsis omnibus, ad Catilinam erumperent. Inter hæc parata atque decreta Cethegus, semper querebatur de ignavia sociorum: illos dubitando et dies prolatando magnas opportunitates corrumpere; facto, non consulto, in tali periculo opus esse; seque, si pauci adjuvarent, languentibus aliis, impetum in curiam facturum. Natura ferox, vehemens, manu promptus erat; maximum bonum in celeritate putabat.

Sed Allobroges ex præcepto Ciceronis per Gabinium cæteros conveniunt; ab Lentulo, Cethego, Statilio, item Cassio postulant jusjurandum, quod signatum ad cives perferant: aliter haud facile eos ad tantum negotium impelli posse. Cæteri nihil suspicantes dant; Cassius semet eo brevi venturum pollicetur, ac paulo ante legatos ex urbe proficiscitur. Lentulus cum his T. Vulturcium quemdam Crotoniensem mittit; ut Allobroges, prius quam domum pergerent, cum Catilina, data atque accepta fide, societatem confirmarent. Ipse Vulturcio litteras ad Catilinam dat, quarum exemplum infra scriptum est: « Qui sim, ex eo, quem ad te misi, cognosces. Fac cogites, in quanta ca-

estes : Statilio e Gabinio com uma forte escolta devião pôr fogo ao mesmo tempo a doze logares opportunos da cidade ; para com o tumulto mais se facilitar o accesso ao consul e aos outros, a quem se preparavão traições ; Cethego cercar a casa de Cicero e atacá-lo á viva força ; e outros a outros ; e os filhos-familias, dos quaes a maior parte erão nobres, assassinar os pais ; e, aterrado tudo com as mortes e com o incendio, juntos romperem para Catilina. Entre estes preparativos e ordens, Cethego se queixava continuamente da molleza dos socios, dizendo, que com as suas duvidas e demoras tinhão perdido grandes opportunidades ; que em tal perigo se precisava, não de conselho, mas de obras ; que, se elle tivesse quem o ajudasse, em quanto os mais languescião no ocio, teria assaltado a curia. Por natureza feroz, vehemente, prompto de braço, tudo fazia consistir na celeridade.

Os Allobrogos pois, segundo a ordem de Cicero por meio de Gabinio concorrêrão com os mais ; e de Lentulo, Cethego, Statilio, e Cassio exigírão um juramento, por elles assignado, para o levarem a seus concidadãos ; sem o que os não poderião impellir a um passo tal. Os mais sem desconfiança o derão ; Cassio prometteo vir logo, e um pouco primeiro, que os legados, se ausentou da cidade. Lentulo mandou com estes um T. Vulturcio Crotoniense ; para que antes de voltarem ao seu paiz, com reciproco juramento firmassem a alliança com Catilina ; para o qual deo a Vulturcio a carta, abaixo transcripta : « Quem eu sou, te dirá o portador. Pensa no perigo, em que estás e lem-

lamitate sis, et memineris te virum esse; consideres quid tuæ rationes postulent; auxilium petas ab omnibus, etiam ab infimis. » Ad hoc mandata verbis dat : « Quum ab senatu hostis judicatus sit, quo consilio servitia repudiet? in urbe parata esse, quæ jusserit; ne cunctetur ipse propius accedere. »

His rebus ita actis, constituta nocte qua proficiscerentur, Cicero, per legatos cuncta edoctus, L. Valerio Flacco et C. Pomptino prætoribus imperat, ut in ponte Mulvio per insidias Allobrogum comitatus deprehendant; rem omnem aperit, cujus gratia mittebantur; cætera, uti facto opus sit, ita agant, permittit illis. Homines militares, sine tumultu præsidiis collocatis, sicuti præceptum erat, occulte pontem obsidunt. Postquam ad id loci legati cum Vulturcio venerunt, et simul utrimque clamor exortus est; Galli, cito cognito consilio, sine mora prætoribus se tradunt. Vulturcius primo cohortatus cæteros, gladio se a multitudine defendit; deinde, ubi a legatis desertus est, multa prius de salute sua Pomptinum obtestatus, quod ei notus erat, postremo timidus, ac vitæ diffidens, veluti hostibus, sese prætoribus dedit.

Quibus rebus confectis, omnia propere per nuncios consuli declarantur. At illum ingens cura atque lætitia simul occupavere. Nam lætabatur, intelligens, conjuratione patefacta, civitatem periculis ereptam esse; porro autem anxius erat, dubitans, in maximo scelere tantis civibus deprehensis, quid facto opus esset; pœnam illorum sibi

bra-te que és homem; considera o que exige a tua situação; a todos, mesmo aos infimos pede soccorro. » Mandava-lhe mais dizer de bôca: « Por que razão, estando declarado pelo senado inimigo publico, rejeitava elle os escravos? Que em Roma estava prompto quanto lhe ordenára; não tardasse em aproximar-se. »

Isto feito, e determinada a noite, em que devião partir, Cicero de tudo instruido pelos legados, ordena aos pretores, L. Valerio Flacco e C. Pomptino, que surprendão na ponte Milvia a comitiva dos Allobrogos; declara-lhes o fim, a que os mandava; e quanto ao mais, lhes permittio fazer o que julgassem preciso. Os dous militares, postadas sem tumulto as guardas, como lhes fôra mandado, occultamente cercão a ponte. Quando ali chegárão os legados com Vulturcio, e das duas extremidades a um tempo se deo o grito, os Gallos, que vinhão sobre aviso, se entregão logo aos pretores. Vulturcio ao principio, exhortando os mais, com a espada se defendeo da multidão; mas assim que os legados o abandonárão, depois de supplicar muito a Pomptino, seu conhecido, que o não matasse, tímido, e da vida incerto, como a inimigos, se rendeo aos pretores.

Concluido o que, se mandou á pressa participar tudo ao consul. Grande cuidado e alegria o occupárão a um tempo. Alegrava-se, porque, descoberta a conjuração, julgava salva a republica; affligia-se por não saber o que devesse fazer de tantos cidadãos colhidos em tamanho crime: puni-los seria para elle um grande cargo, perdoar-lhes per-

oneri, impunitatem perdendæ reipublicæ fore credebat. Igitur confirmato animo vocari ad sese jubet Lentulum, Cethegum, Statilium, Gabinium, itemque Q. Cœparium Terracinensem, qui in Apuliam ad concitanda servitia proficisci parabat. Cæteri sine mora veniunt; Cæparius paulo ante domo egressus, cognito indicio ex urbe profugerat. Consul Lentulum, quod prætor erat, ipse manu tenens in senatum perducit; reliquos cum custodibus in ædem Concordiæ venire jubet. Eo senatum advocat, magnaque frequentia ejus ordinis, Vulturcium cum legatis introducit; Flaccum prætorem scrinium cum litteris, quas a legatis acceperat, eodem afferre jubet.

Vulturcius, interrogatus de itinere, de litteris, postremo quid, aut qua de causa, consilii habuisset, primo fingere alia, dissimulare de conjuratione; post ubi fide publica dicere jussus est, omnia, uti gesta erant, aperit docetque: se paucis ante diebus a Gabinio et Cæpario socium adscitum; nihil amplius scire, quam legatos, tantummodo audire solitum ex Gabinio, P. Autronium, Servium Syllam, L. Vargunteium, multos præterea in ea conjuratione esse. Eadem Galli fatentur, ac Lentulum dissimulantem coarguunt, præter litteras, sermonibus, quos ille habere solitus erat: « Ex libris Sibyllinis regnum Romæ tribus Corneliis portendi; Cinnam atque Syllam antea; se tertium esse, cui fatum foret Urbis potiri; præterea ab incenso Capitolio illum esse vigesimum annum, quem sæpe ex prodigiis haruspices respondissent bello civili cruentum fore. » Igitur perlec-

der a republica. Mas cobrando animo emfim, manda vir á sua presença Lentulo, Cethego, Statilio, Gabinio, e tambem um Q. Cepario Terracinense, que se preparava a ir sublevar na Apulia os escravos. Os mais sem demora vierão; Cepario, tendo pouco antes sahido de casa, sabida a denuncia, fugio da cidade. O consul, tomando a Lentulo pela mão, porque era pretor, o conduzio ao senado, e mandou ir os outros com uma escolta para o templo da Concordia. Ali convoca o senado, e reunido um extraordinario numero dos desta ordem, introduz Vulturcio com os legados, e ao pretor Flacco manda, que traga a pasta com as cartas, que recebêra dos legados.

Vulturcio, interrogado sobre a jornada, as cartas, e emfim porque, e para que tomára tal resolução, ao principio, inventando mil cousas, dissimulava a respeito da conjuração; depois mandado dizer, promettendo-se-lhe o perdão debaixo da fé publica, confessou tudo, como se passára, declarando, que poucos dias antes se associára a Gabinio e Cepario, e não sabia mais, que os legados; só ouvíra dizer a Gabinio, que P. Autronio, Servio Sylla, L. Vargunteio, e muitos outros estavão nesta conjuração. O mesmo confessárão os Gallos, e a Lentulo, que dissimulava arguírão, de que, além das cartas, em seus discursos costumava espalhar: « Que segundo os livros Sibyllinos a tres Cornelios estava destinado o imperio de Roma; Cinna e Sylla os dous primeiros, e elle o terceiro, que tinha por sorte dominar a cidade; além disso, que depois do incendio do capitolio era aquelle o vigé-

tis litteris, quum prius omnes signa sua cognovissent, senatus decernit, ut abdicato magistratu Lentulus itemque cæteri in liberis custodiis habeantur. Itaque Lentulus P. Lentulo Spintheri, qui tum ædilis erat, Cethegus Q. Cornificio, Statilius C. Cæsari, Gabinius M. Crasso, Cæparius, nam is paulo ante ex fuga retractus erat, Cn. Terentio senatori traduntur.

Interea plebs, conjuratione patefacta, quæ primo cupida rerum novarum nimis bello favebat, mutata mente, Catilinæ consilia exsecrari, Ciceronem ad cælum tollere; veluti ex servitute erepta gaudium atque lætitiam agitabat. Namque alia belli facinora prædæ magis, quam detrimento fore; incendium vero crudele, immoderatum, ac sibi maxime calamitosum putabat, quippe cui omnes copiæ in usu quotidiano et cultu corporis erant.

Post eum diem quidam L. Tarquinius ad senatum adductus erat, quem ad Catilinam proficiscentem ex itinere retractum aiebant. Is quum se diceret indicaturum de conjuratione, si fides publica data esset; jussus a consule, quæ sciret, edicere, eadem fere, quæ Vulturcius, de paratis incendiis, de cæde bonorum, de itinere hostium senatum docet: præterea se missum a M. Crasso, qui Catilinæ nunciaret, ne eum Lentulus et Cethegus aliique ex conjuratione deprehensi terre-

simo anno, que, segundo as respostas dos haruspices, muitas vezes consultados sobre os prodigios, devia ser ensanguentado com guerra civil. » Depois, lida a carta, e por todos reconhecida a lêtra, determinou o senado, que, abdicada a magistratura, Lentulo, e os mais fossem retidos em livre custodia. Assim fôrão entregues Lentulo a P. Lentulo Spinter, que então era edil, Cethego a Q. Cornificio, Statilio a C. Cesar, Gabinio a M. Crasso, e Cepario, que pouco antes fôra reconduzido da fuga, ao Senador Cn. Terencio.

Entretanto, patenteada a conjuração, a plebe, que ao principio, desejosa de novidade, era mui a favor da guerra, mudando de sentimento, execrava os projectos de Catilina, exaltava Cicero ás nuvens; e, como remida da escravidão, exultava de jubilo e prazer. Porque de todos os outros attentados da guerra esperava mais proveito, que damno; o incendio porém lhe parecia cruel, immoderado, e a ella mais, que a ninguem, calamitoso, porque no seu fato, e outros objectos de uso quotidiano consistião todas as suas riquezas.

No dia seguinte foi trazido ao senado um L. Tarquinio, que, indo para Catilina, dizião fôra reconduzido do caminho. Como este dissesse, que, se lhe segurassem o perdão debaixo da fé publica, daria alguns esclarecimentos á cerca da conjuração; mandado pelo consul dizer o que sabia, a respeito do projectado incendio, assassinio dos bons, e fuga dos rebeldes, declarou ao senado quasi o mesmo, que Vulturcio: só accrescentou, que por M. Crasso fôra mandado dizer a Catilina, que se

rent; eoque magis properaret ad Urbem accedere, quo et cæterorum animos reficeret, et illi facilius e periculo eriperentur. Sed ubi Tarquinius Crassum nominavit, hominem nobilem, maximis divitiis, summa potentia: alii, rem incredibilem rati; pars, tametsi verum existimabant, tamen quia in tali tempore tanta vis hominis magis lenienda, quam exagitanda videbatur; plerique Crasso ex negotiis privatis obnoxii, conclamant indice falsum esse, deque ea re postulant uti referatur. Itaque, consulente Cicerone, frequens senatus decernit: « Tarquinii indicium falsum videri, eumque in vinculis retinendum, neque amplius potestatem faciendam, nisi de eo indicaret, cujus consilio tantam rem esset mentitus. » Erant eo tempore, qui existimarent, indicium illud a P. Autronio machinatum, quo facilius, appellato Crasso, per societatem periculi reliquos illius potentia tegeret. Alii Tarquinium a Cicerone immissum aiebant, ne Crassus, more suo, suscepto malorum patrocinio rempublicam conturbaret. Ipsum Crassum ego postea prædicantem audivi, tantam illam contumeliam sibi ab Cicerone impositam.

Sed iisdem temporibus Q. Catulus et C. Piso neque gratia, neque precibus, neque pretio Ciceronem impellere potuere, uti per Allobroges, aut alium indicem C. Cæsar falso nominaretur. Nam uterque cum illo graves inimicitias exercebant;

não aterrasse com a prisão de Lentulo, Cethego e outros conjurados; antes por isso mesmo se apressasse mais em se aproximar á cidade; assim para animar os outros, como para salvar estes do perigo. Apenas Tarquinio proferio o nome de Crasso, homem nobre, de immensas riquezas, e de summo poder; uns, julgando a cousa incrivel, outros, inda que por verdadeira a tivessem, pensando comtudo, que em circumstancias taes mais convinha mitigar, que irritar homem de tanto poder; e os mais delles, sendo-lhe pessoalmente obrigados, todos a uma voz gritárão, ser falsa a denuncia, e pedírão sobre isto se votasse. E consultando Cicero o senado, decidio a maioria delle « Que parecia falsa a denuncia de Tarquinio, e que este devia ser conservado em prisão, e não ser mais admittido a depôr em quanto não declarasse por conselho de quem inventára tal mentira. » Houve quem então suspeitasse ter sido esta denuncia maquinada por P. Autronio, para que envolvido Crasso, como socio no perigo, cobrisse os mais com o seu poder. Outros dizião Tarquinio mandado por Cicero, para que, tomando Crasso, como costumava, a defesa dos máos, não perturbasse a republica. E eu ouvi depois o mesmo Crasso altamente gritar, que uma tal calumnia lhe fôra imposta por Cicero.

Mas nessa mesma occasião Q. Catulo e C. Pisão, nem por amizade, nem por supplicas, nem por algum preço, pudérão obter de Cicero, que por meio dos Allobrogos, ou d'outro qualquer delator o nome de Cesar fosse calumniosamente man-

Piso oppugnatus in judicio pecuniarum repetundarum, propter cujusdam Transpadani supplicium injustum; Catulus ex petitione pontificatus odio incensus, quod extrema ætate, maximis honoribus usus, ab adolescentulo Cæsare victus discesserat. Res autem opportuna videbatur, quod is, privatim egregia liberalitate, publice maximis muneribus, grandem pecuniam debebat. Sed ubi consulem ad tantum facinus impellere nequeunt, ipsi singillatim circumeundo, atque ementiendo, quæ se ex Vulturcio aut Allobrogibus audisse dicerent, magnam illi invidiam conflaverant; usque adeo, ut nonnulli equites Romani, qui præsidii causa cum telis erant circum ædem Concordiæ, seu periculi magnitudine, seu animi mobilitate impulsi, quo studium suum in rempublicam clarius esset, egredienti ex senatu Cæsari gladio minitarentur.

Dum hæc in senatu aguntur, et dum legatis Allobrogum et Tito Vulturcio, comprobato eorum indicio, præmia decernuntur; liberti, et pauci ex clientibus Lentuli, diversis itineribus opifices atque servitia in vicis ad eum eripiendum sollicitabant; partim exquirebant duces multitudinum, qui pretio rempublicam vexare soliti erant. Cethegus autem per nuncios familiam atque libertos suos, lectos et exercitatos, orabat in audaciam, ut, grege facto, cum telis ad sese irrumperent. Consul, ubi ea parari cognovit, dispositis præsidiis, uti res atque tempus monebat, convocato senatu refert, quid de his fieri placeat, qui in cus-

chado. Ambos tinhão com elle graves inimizades; Pisão, por ter sido por elle arguido em juizo de concussão, no injusto supplicio de um Transpadano; Catulo, porque desde a sua pertençâo ao pontificado ardia em odio por ver, que na extrema idade, tendo gozado as maiores honras, fôra pelo joven Cesar vencido. A occasião parecia opportuna, porque este, pela sua particular egregia liberalidade, e grandissimos donativos publicos, estava muito empenhado. Mas como não pudérão impellir o consul a tamanho crime, cada um por seu lado intrigando, e inventando mentiras, que dizião ter ouvido aos Allobrogos e a Vulturcio, accendêrão contra elle tal aversão, que alguns cavalleiros Romanos, que estavão de guarda ao templo da concordia, impellidos ou da grandeza do perigo, ou de nobreza d'alma, para mostrarem mais o seu zelo pela republica, com as espadas acommetêrão a Cesar, ao sahir do senado.

Em quanto isto se passa no senado, em quanto aos legados dos Allobrogos, e a T. Vulturcio, comprovada a sua denuncia, se decretão premios; os libertos e alguns clientes de Lentulo, por diversas ruas, convidavão pelos bairros os operarios e escravos para o tirarem; outros tentavão os chefes da multidão, que por dinheiro costumavão vexar a republica. Cethego tambem por emissarios exhortava ao atrevimento os seus escravos e libertos escolhidos e destros nas armas, para que, juntos n'um corpo, com ellas abrissem caminho até a sua prisão. O consul, tanto que soube o que se preparava, dispostas as tropas como o negocio e o tempo

todiam traditi erant. Sed eos paulo ante frequens senatus judicaverat contra rempublicam fecisse. Tum D. Junius Silanus, primus sententiam rogatus, quod eo tempore consul designatus erat, de his, qui in custodiis tenebantur, et præterea de L. Cassio, P. Furio, P. Umbreno, Q. Annio, si deprehensi forent, supplicium sumendum decreverat. Isque postea, permotus oratione C. Cæsaris, pedibus in sententiam Tiberii Neronis iturum se dixerat; quod de ea re, præsidiis additis, referendum censuerat.

Sed Cæsar, ubi ad eum ventum est, rogatus sententiam a consule, hujuscemodi verba locutus est.

« Omnes homines, Patres conscripti, qui de rebus dubiis consultant, ab odio, amicitia, ira atque misericordia vacuos esse decet. Haud facile animus verum providet, ubi illa officiunt; neque quisquam omnium libidini simul et usui paruit. Ubi intenderis ingenium, valet; si libido possidet, ea dominatur, animus nihil valet. Magna mihi copia est memorandi, Patres conscripti, qui reges atque populi, ira aut misericordia impulsi, male consuluerint; sed ea malo dicere, quæ majores nostri, contra libidinem animi sui, recte atque ordine fecere.

» Bello Macedonico, quod cum rege Perse gessimus, Rhodiorum civitas, magna atque magnifica, quæ populi Romani opibus creverat, infida atque adversa nobis fuit; sed postquam, bello

aconselhavão, convocando o senado perguntou, que lhes parecia se deveria fazer dos individuos entregues em custodia. Mas o senado n'uma sessão numerosa já os tinha julgado réos de lesa nação. Então D. Junio Silano, convidado primeiro a dar o seu parecer, por estar nesse tempo designado consul, votou, que não só os que estavão em custodia, mas tambem L. Cassio, P. Furio, P. Umbreno, e Q. Annio, se fossem apanhados, soffressem pena de morte. Depois, movido das razões de C. Cesar, disse, que adoptaria o parecer de Tiberio Nero, que votára, que, reforçadas as guardas, se adiasse a materia.

Cesar, quando lhe pertenceo, convidado pelo consul a dar o seu voto, fallou desta sorte :

« Quem, ó padres conscriptos, delibera sobre cousas duvidosas, deve despir-se d'odio, amizade, ira e compaixão. Quando taes affectos o entendimento offuscão, não he facil descobrir-se a verdade; e ninguem ao mesmo tempo servio á paixão e ao dever. Muito póde a nossa alma, quando applica toda a sua attenção; se a paixão nos possue, esta domina, a razão nada póde. Grande copia de exemplos se me offerece, padres conscriptos, de reis e povos, que d'ira ou compaixão arrastados, cahírão em graves erros; mas antes quero lembrar-vos o que os nossos maiores, subjugando as paixões, com rectidão e acerto fizerão.

» Na guerra, que na Macedonia tivemos com o rei Perseo, Rhodes grande e opulenta cidade, que devia o seu augmento á protecção do povo Romano, infiel e adversa nos foi; mas quando, acabada

confecto, de Rhodiis consultum est, majores nostri, ne quis divitiarum magis, quam injuriæ causa bellum inceptum diceret, impunitos eos dimisere. Item bellis Punicis omnibus, quum sæpe Carthaginienses et in pace, et per inducias, multa nefaria facinora fecissent, numquam ipsi per occasionem talia fecere; magis, quid se dignum foret, quam quid in illos jure fieri posset, quærebant. Hoc item vobis providendum est, Patres conscripti, ne plus valeat apud vos P. Lentuli et cæterorum scelus, quam vestra dignitas; ne magis iræ vestræ, quam famæ consulatis. Nam si digna pœna pro factis eorum reperitur, novum consilium approbo; sin magnitudo sceleris omnium ingenia exsuperat, his utendum censeo, quæ legibus comparata sunt.

» Plerique eorum, qui ante me sententias dixerunt, composite atque magnifice casum reipublicæ miserati sunt; quæ belli sævitia esset, quæ victis acciderent, enumeravere : rapi virgines, pueros; divelli liberos a parentum complexu; matres familiarum pati, quæ victoribus collibuissent; fana atque domos spoliari; cædem, incendia fieri; postremo armis, cadaveribus, cruore atque luctu omnia compleri. Sed, per deos immortales, quo illa oratio pertinuit? An, uti vos infestos conjurationi faceret? Scilicet quem res tanta atque tam atrox non permovit, eum oratio accendet! Non ita est : neque cuiquam mortalium injuriæ suæ parvæ videntur; multi eas gravius æquo habuere. Sed alia aliis licentia est, Patres conscripti. Qui demissi in obscuro vitam

a guerra, se deliberou á cerca de Rhodes, nossos maiores, para que se não dissesse, que se lhes fazia guerra, mais por causa das riquezas, que da injuria, impune a deixárão. Em todas as guerras Punicas, tendo os Carthaginezes muitas vezes em paz, ou trégoas, commettido mil nefandos attentados, nunca, podendo, lhes fizerão o mesmo; olhando mais ao que era digno delles, que ao que tinhão direito a fazer-lhes. Vêde pois tambem, padres conscriptos, que o attentado de Lentulo e dos outros não possa mais, que a vossa dignidade; não attendais mais á vossa ira, que á vossa fama. Se he possivel achar-se pena igual ao seu crime, approvo a innovação proposta; mas se a grandeza delle excede as invenções de todos, assento, que devemos usar das penas estabelecidas nas leis.

» Quasi todós os que em fallar me precedêrão, elegante e pomposamente deplorárão a desgraça da republica, enumerárão todas as cruezas da guerra, tudo o que succederia aos vencidos: virgens, e meninos roubados; filhinhos arrancados d'entre os braços dos pais; mâis de familia soffrendo quanto aos vencedores aprouvesse; templos e casas roubados; assassinios, incendios; finalmente d'armas, de cadaveres, de sangue e lucto tudo coberto. Mas, pelos deoses immortaes, a que tendem taes discursos? Por ventura a fazer-vos odiosa a conjuração? Sim; aquelle, a quem tão grande, tão atroz delicto não commove, palavras hão de commove-lo! Não he assim; nem a homem algum as proprias injurias parecêrão pequenas; a muitos tem ellas parecido maiores, do que na rea-

habent, si quid iracundia deliquere, pauci sciunt; fama atque fortuna eorum pares sunt: qui magno imperio præditi in excelso ætatem agunt, eorum facta cuncti mortales novere. Ita in maxima fortuna, minima licentia est; neque studere, neque odisse, sed minime irasci decet. Quæ apud alios iracundia dicitur, ea in imperio superbia atque crudelitas appellatur.

» Equidem ego sic existimo, Patres conscripti, omnes cruciatus minores, quam facinora illorum esse. Sed plerique mortales postrema meminere, et, in hominibus impiis, sceleris eorum obliti, de pœna disserunt, si ea paulo severior fuit. D. Silanum virum fortem atque strenuum, certe scio, quæ dixerit, studio reipublicæ dixisse, neque illum in tanta re gratiam, aut inimicitias exercere. Eos mores, eamque modestiam viri cognovi. Verum sententia ejus mihi non crudelis, quid enim in tales homines crudele fieri potest? sed aliena a republica nostra videtur. Nam profecto aut metus, aut injuria te subegit, Silane, consulem designatum, genus pœnæ novum decernere. De timore supervacaneum est disserere, quum præsertim diligentia clarissimi viri consulis tanta præsidia sint in armis. De pœna possum equidem dicere id, quod res habet: in luctu atque miseriis mortem ærumnarum requiem, non cruciatum esse; eam cuncta mortalium mala dissolvere; ultra neque curæ neque gaudio locum esse. Sed per deos immortales, quamobrem in sententiam non

lidade erão. Mas nem tudo he permittido a todos, padres conscriptos. Os que vivem sepultados na obscuridade, se a ira os arrasta a excessos, poucos o sabem; a sua fama he igual á sua fortuna: os que, revestidos de grande poder, se elevão a cima dos outros, nada fazem em segredo. Assim tanto he maior a fortuna, tanto menor he a liberdade; não lhes está bem amar, nem odiar, nem inda levemente irar-se. O que nos outros se chama ira, nos que governão soberba e crueldade se chama.

» Sem duvida, padres conscriptos, eu, para um crime tal, todo o tormento acho leve. Mas os mais dos homens só se lembrão das ultimas impressões, e, dos malvados esquecendo o crime, censurão a pena, se ella foi um pouco mais severa. Quanto disse D. Silano, homem forte e rigoroso, eu estou certo, que o disse por zelo do bem publico, e que em materia tão grave elle não he capaz de exercer, nem amizade, nem odio. Os costumes, a modestia de tão grande homem conheço. A sua opinião comtudo me pareceo, não cruel (que póde haver de cruel contra homens taes?) mas alheia da nossa republica. Certamente o medo, ou horror do crime te obrigou, ó Silano, consul designado, a propôr um novo genero de pena. Do medo he ocioso tratar, especialmente quando pela diligencia do nosso preclarissimo consul, tantas tropas estão em armas. Da pena poderei dizer, o que na verdade he, que no lucto e nas miserias a morte he repouso dos trabalhos, e não tormento; que a todos os nossos males põe termo; depois della não ha prazer, nem

addidisti, uti prius verberibus in eos animadverteretur? An, quia lex Porcia vetat? At aliæ leges item condemnatis civibus animam non eripi, sed exsilium permitti jubent. An, quia gravius est verberari, quam necari? Quid autem acerbum, aut nimis grave est in homines tanti facinoris convictos? Sin, quia levius est; qui convenit, in minore negotio legem timere, quum eam in majore neglexeris? At enim quis reprehendet, quod in parricidas reipublicæ decretum erit? Tempus, dies, fortuna, cujus libido gentibus moderatur.

» Illis merito accidet, quidquid evenerit; cæterum vos, Patres conscripti, quid in alios statuatis, considerate. Omnia mala exempla ex rebus bonis orta sunt; sed ubi imperium ad ignaros cives aut minus bonos pervenit, novum illud exemplum ab dignis et idoneis ad indignos et non idoneos transfertur. Lacedæmonii, devictis Atheniensibus, triginta viros imposuere, qui rempublicam eorum tractarent. Hi primo cœpere pessimum quemque et omnibus invisum indemnatum necare; eo populus lætari et merito dicere fieri. Post, ubi paulatim licentia crevit, juxta bonos et malos libidinose interficere, cæteros metu terrere. Ita civitas servitute oppressa, stultæ lætitiæ graves pœnas dedit.

» Nostra memoria, victor Sylla quum Dama-

mágoa. Mas, pelos deoses immortaes, porque na tua sentença não accrescentaste, que os réos fossem primeiro açoutados? Talvez porque a lei Porcia o veda? Mas tambem outras leis mandão que não sejão mortos, mas desterrados, os cidadãos condemnados. Talvez porque he mais grave o açoutar, que o matar? Mas que pena será acerba ou nimiamente grave para homens convencidos de um tal crime? Se he por ser mais leve; quem ha de convir que se respeite a lei nos casos pequenos, quando se despreza nos grandes? Mas quem ha de estranhar, dirão, qualquer supplicio, que se decrete contra parricidas da republica? O tempo, a occasião, a fortuna, que o mundo a seu capricho governa.

« Succeda-lhes o que succeder, elles o terão merecido; mas vós, padres conscriptos, vêde o que estabeleceis para os outros. Todos os máos exemplos tiverão justas causas; mas quando o governo cahe nas mãos de ignorantes, ou mal-intencionados, esse novo exemplo passa de pessoas dignas e idoneas para outras, que o não são. Os Lacedemonios, vencidos os Athenienses, entregárão a trinta magistrados o governo desta republica. Estes ao principio entrárão a mandar matar sem processo um ou outro dos mais scelerados e odiosos ao publico : o povo se alegrava com isto e lhe chamava justiça. Depois, crescendo pouco a pouco a arbitrariedade, indistinctamente e a seu capricho passárão a matar bons e máos, e a aterrar os outros com o medo. Assim a cidade, oppressa na escravidão, pagou caro a sua louca alegria.

» Em nossos dias, quando Sylla vencedor man-

sippum et alios hujusmodi, qui malo reipublicæ creverant, jugulari jussit; quis non factum ejus laudabat? Homines scelestos et factiosos, qui seditionibus rempublicam exagitaverant, merito neccatos aiebant. Sed ea res magnæ initium cladis fuit. Nam uti quisque domum aut villam, postremo aut vas, aut vestimentum alicujus concupiverat, dabat operam, uti is in proscriptorum numero esset. Ita illi, quibus Damasippi mors lætitiæ fuerat, paulo post ipsi trahebantur; neque prius finis jugulandi fuit, quam Sylla omnes suos divitiis explevit. Atque ego hæc non in M. Tullio, neque his temporibus vereor; sed in magna civitate multa et varia ingenia sunt. Potest alio tempore, alio consule, cui item exercitus in manu sit, falsum aliquid pro vero credi. Ubi hoc exemplo, per senatus decretum, consul gladium eduxerit; quis illi finem statuet, aut quis moderabitur?

» Majores nostri, Patres conscripti, neque consilii, neque audaciæ umquam eguere; neque illis superbia obstabat, quo minus aliena instituta, si modo proba erant, imitarentur. Arma atque tela militaria ab Samnitibus, insignia magistratuum ab Tuscis pleraque sumpserunt; postremo quod ubique apud socios, aut hostes idoneum videbatur, cum summo studio domi exsequebantur; imitari, quam invidere bonis malebant. Sed eodem illo tempore, Græciæ morem imitati, verberibus animadvertebant in cives, de condemnatis summum

dou matar Damasippo e outros, que tinhão, como elle, medrado com o mal publico, quem não louvou esta acção? Homens scelerados, facciosos, que perturbavão com sedições a republica, he justo dizião, paguem com a vida. Mas isto foi o preludio de uma horrorosa matança. Pois que o mesmo era qualquer cubiçar a casa, ou a quinta, e por fim, um vaso, ou um vestido d'um outro, que faze-lo inscrever na lista dos proscriptos. Assim os que folgárão com a morte de Damasippo, fôrão pouco depois arrastados ao cadafalso; nem cessou de correr o sangue, senão depois de Sylla ter fartado os seus de riquezas. Eu porém em M. Tullio e nestes tempos tal não temo; mas em tão grande cidade, são muitos e mui diversos os genios. Póde em outro tempo outro consul, que tenha tambem na mão o exercito, tomar o falso pelo verdadeiro. Quando, com este exemplo, por decreto do senado, elle arrancar a espada, quem lhe prescreverá limites, ou quem o poderá conter?

» Nem prudencia, nem valor, padres conscriptos, faltou aos nossos maiores; e nem por isso a soberba os impedia de imitar, quando bôas, as instituições estrangeiras. Dos Samnites adoptárão as armaduras e lanças, dos Tuscos as mais das insignias dos magistrados: quanto emfim encontravão util entre os alliados, ou inimigos, com summo desvélo vinhão praticar em casa, prezando-se mais de imitar, que de invejar os bons. Nesse tempo, imitando os costumes da Grecia, castigavão os cidadãos com açoutes, os condemnados com

supplicium sumebant. Postquam respublica adolevit, et multitudine civium factiones valuere, circumveniri innocentes, alia hujuscemodi fieri cœpere. Tum lex Porcia aliæque leges paratæ sunt, quibus legibus exsilium damnatis permissum est. Hanc ego causam, Patres conscripti, quo minus novum consilium capiamus, in primis magnam puto. Profecto virtus atque sapientia major in illis fuit, qui ex parvis opibus tantum imperium fecere, quam in nobis, qui ea bene parta vix retinemus.

» Placet igitur, eos dimitti, et augeri exercitum Catilinæ? Minime. Sed ita censeo : publicandas eorum pecunias, ipsos in vinculis habendos per municipia, quæ maxime opibus valent; neu quis de his postea ad senatum referat, neve cum populo agat; qui aliter fecerit, senatum existimare, eum contra rempublicam et salutem omnium facturum. »

Postquam Cæsar dicendi finem fecit, cæteri verbo, alius alii varie assentiebantur; at M. Porcius Cato, rogatus sententiam, hujuscemodi orationem habuit :

« Longe mihi alia mens est, Patres conscripti, quum res atque pericula nostra considero, et quum sententias nonnullorum ipse mecum reputo. Illi mihi disseruisse videntur de pœna eorum, qui patriæ, parentibus, aris atque focis suis bellum paravere; res autem monet, cavere ab illis magis, quam quid in illos statuamus, consultare. Nam

o extremo supplicio. Depois que a republica foi crescendo, e com a multidão dos cidadãos as facções tomárão força, entrou-se a perseguir innocentes e a commetter outras injustiças taes. Então a lei Porcia e outras se fizerão, pelas quaes aos réos de morte se determinou o desterro. Esta razão, padres conscriptos, me parece de summo peso, para não admittirmos qualquer innovação. Sem duvida foi maior o valor e a sabedoria naquelles, que de tão pequeno estado fizerão tão grande imperio, que em nós, que mal conservamos o que elles bem adquirírão.

» Mas quero eu por isso, que sejão soltos, e com elles se augmente o exercito de Catilina? Não. O meu voto he, que sejão confiscados os seus bens, e elles conservados em prisão pelas praças mais fortes dos municipios: que ninguem mais a seu respeito proponha no senado, ou trate com o povo cousa alguma; e quem o contrario fizer seja pelo senado declarado inimigo da patria e do bem publico. »

Quando Cesar acabou de fallar, os mais com uma só palavra, uns a este, outros áquelle, variamente assentião: até que M. Porcio Catão, convidado a dar a sua opinião, fallou desta maneira:

« A minha opinião he mui diversa, padres conscriptos, quando o estado das cousas e o nosso perigo considero, e quando os pareceres d'alguns comigo mesmo examino. Elles tem discutido me parece, sobre a pena daquelles, que á patria, aos pais, aos templos e aos seus proprios lares estão preparando guerra; mas o caso nos aconselha,

cætera malefacta tum persequare, ubi facta sunt; hoc, nisi provideris ne accidat, ubi evenit, frustra judicia implores. Capta urbe, nihil fit reliqui victis. Sed, per deos immortales, vos ego appello, qui semper domos, villas, signa, tabulas vestras pluris, quam rempublicam, fecistis; si ista, cujuscumque modi sint, quæ amplexamini, retinere, si voluptatibus vestris otium præbere vultis; expergiscimini aliquando, et capessite rempublicam. Non agitur de vectigalibus, neque de sociorum injuriis, libertas et anima nostra in dubio est.

» Sæpenumero, Patres conscripti, multa verba in hoc ordine feci; sæpe de luxuria atque avaritia nostrorum civium questus sum, multosque mortales ea causa adversos habeo. Qui mihi atque animo meo nullius umquam delicti gratiam fecissem, haud facile alterius libidini malefacta condonabam. Sed, ea tametsi vos parvi pendebatis, tamen respublica firma erat, opulentia negligentiam tolerabat. Nunc vero non id agitur, bonisne, an malis moribus vivamus; neque quantum, aut quam magnificum imperium populi Romani sit: sed, cujus hæc cumque modi videntur, nostra, an, nobiscum una, hostium futura sint. Hic mihi quisquam mansuetudinem et misericordiam nominat! Jampridem equidem nos vera rerum vocabula amisimus. Quia bona aliena largiri, liberalitas; malarum rerum audacia, fortitudo vocatur, eo respublica in extremo sita est. Sint sa-

que mais nos occupemos de como nos havemos de precaver delles, que do que contra elles devemos decretar. Os outros crimes, feitos, os punireis, este, se o não prevenirdes, em vão pedireis justiça. Perdida a cidade, nada mais tem que fazer os vencidos. Mas, pelos deoses immortaes, a vós he que eu me dirijo, a vós, que os vossos palacios, as casas de campo, as estatuas, os paineis, sempre antepuzestes á republica; se todas estas cousas, sejão de que natureza forem, quereis conservar, viver em ocio no meio das delicias, acordai uma vez, e tomai a defensa da republica. Não se trata de tributos, nem d'insultos d'alliados, trata-se da nossa liberdade e da nossa vida em perigo.

» Muitas e muitas vezes, padres conscriptos, as minhas vozes tem longamente soado neste recinto; muitas vezes me tenho queixado do luxo e da avareza dos nossos cidadãos, e por isso me não faltão inimigos. Eu, que me não perdoára a mim proprio nem o mais leve pensamento de crime, ás paixões d'outrem facilmente não disfarçava delictos. Mas ainda que vós em pouco tinheis as minhas palavras, achava-se comtudo firme a republica; a sua prosperidade soffria o vosso descuido. Agora porém não se trata, se viveremos com bons, ou máos costumes, nem se o imperio do povo Romano será grande e magnifico; mas se tudo isto tal, qual he, ha de ser nosso, ou se juntamente comnosco ha de ser dos inimigos. E ha quem me falle aqui em compaixão e brandura! Ha muito que até os nomes das cousas estão entre nós corrompidos. O ser largo dos bens alheios chama-se *liberalidade*, o arrojar-

ne, quoniam ita se mores habent, liberales ex sociorum fortunis, sint misericordes in furibus ærarii; ne illi sanguinem nostrum largiantur, et, dum paucis sceleratis parcunt, bonos omnes perditum eant.

» Bene et composite C. Cæsar paulo ante in hoc ordine de vita et morte disseruit, credo, falsa existimans ea, quæ de inferis memorantur; diverso itinere malos a bonis loca tetra, inculta, fœda atque formidolosa habere. Itaque censuit pecunias eorum publicandas, ipsos per municipia in custodiis habendos; videlicet timens, ne, si Romæ sint, aut a popularibus conjurationis, aut a multitudine conducta per vim eripiantur. Quasi vero mali atque scelesti tantummodo in Urbe, et non per totam Italiam sint; aut non ibi plus possit audacia, ubi ad defendendum opes minores sunt. Quare vanum equidem hoc consilium est, si periculum ex illis metuit. Sin in tanto omnium metu solus non timet, eo magis refert, me mihi atque vobis timere. Quare quum de P. Lentulo cæterisque statuetis, pro certo habetote, vos simul de exercitu Catilinæ et de omnibus conjuratis decernere. Quanto vos attentius ea agetis, tanto illis animus infirmior erit. Si paululum modo vos languere viderint, jam omnes feroces aderunt.

» Nolite existimare, majores nostros armis rempublicam ex parva magnam fecisse. Si ita res esset, multo pulcherrimam eam nos haberemus; quippe sociorum atque civium, præterea armo-

se aos crimes, *valor*; por isso a tal extremo tem chegado a republica. Embora, pois que he tal a corrupção, sejão liberaes das riquezas dos alliados, compassivos com os ladrões do erario, mas não sejão pródigos do nosso sangue, e, por salvar uns poucos de scelerados, não deitem a perder todos os bons.

» Bem e elegantemente C. Cesar ha pouco nesta assemblêa discorreo da vida e da morte, como quem, a meu ver, se ria disso, que do inferno se conta, que os máos vão, por caminho diverso dos bons, habitar negras, immundas, feias, e medonhas masmorras; e emfim votou, que os bens dos rebeldes fossem confiscados, e elles tidos em prisão pelos municipios; receando talvez, que se em Roma ficassem, ou pelos conjurados, ou pela multidão comprada fossem tirados por força. Como se todos os máos e scelerados estivessem em Roma sómente, e não por toda a Italia; ou não fosse maior a audacia, onde ha menores meios para a repellir. Portanto esta medida he nulla, se os teme; e, se em tão geral temor elle só não teme, tanto mais eu e vós devemos temer. Tende por certo pois, que, decidindo a respeito de Lentulo e dos outros, decidis juntamente a respeito de Catilina e de todos os conjurados. Quanto maior fôr a vossa energia, tanto menor será nelles o arrojo. Se um pouco vos virem afrouxar, todos se mostrarão ferozes.

» Não penseis, que só com as armas os nossos maiores a republica de pequena fizerão grande. Se assim fosse, nós a teriamos hoje muito mais florente; porque de alliados, cidadãos, armas e cavallos

rum atque equorum, major nobis copia, quam illis est. Sed alia fuere quæ illos magnos fecere, quæ nobis nulla sunt; domi industria, foris justum imperium, animus in consulendo liber, neque delicto, neque libidini obnoxius. Pro his nos habemus luxuriam atque avaritiam; publice egestatem, privatim opulentiam; laudamus divitias, sequimur inertiam; inter bonos et malos discrimen nullum; omnia virtutis præmia ambitio possidet. Neque mirum. Ubi vos separatim sibi quisque consilium capitis, ubi domi voluptatibus, hic pecuniæ, aut gratiæ servitis; eo fit, ut impetus fiat in vacuam rempublicam. Sed ego hæc omitto.

» Conjuravere nobilissimi cives patriam incendere; Gallorum gentem infestissimam nomini Romano ad bellum arcessunt; dux hostium cum exercitu supra caput est. Vos cunctamini etiam nunc et dubitatis, quid intra mœnia apprehensis hostibus faciatis? Misereamini censeo; deliquere homines adolescentuli per ambitionem, atque etiam armatos dimittatis. Ne ista vobis mansuetudo et misericordia, si illi arma ceperint, in miseriam convertatur! Scilicet res ipsa aspera est; sed vos non timetis eam. Imo vero maxime; sed inertia et mollitia animi, alius alium exspectantes cunctamini, videlicet diis immortalibus confisi, qui hanc rempublicam in maximis sæpe periculis servavere. Non votis, neque suppliciis muliebribus auxilia deorum parantur. Vigilando, agendo, bene consulendo prospera omnia cedunt. Ubi socordiæ te atque ignaviæ tradideris, nequidquam deos implores; irati infestique sunt.

temos maior copia, do que elles. Outras cousas, que nós não temos os fizerão grandes; em casa a industria, por fóra um governo justo, nas deliberações uma alma livre, isenta de culpa e de paixão. Em vez destas virtudes nós temos o luxo e a avareza, no publico a miseria, no particular a opulencia, louvamos as riquezas, seguimos a inercia; entre bons e máos nenhuma differença: a ambição usurpa todos os premios da virtude. Quando cada um de vós não consulta senão o seu interesse, quando em casa sois escravos dos prazeres, e aqui do dinheiro e das amizades, não he d'estranhar, que haja quem assalte a desamparada republica. Mas deixemos isto de parte.

Conjurárão incendiar a patria nobilissimos cidadãos, convidão á guerra os Gallos infestissimos ao nome Romano; já o chefe dos inimigos com o seu exercito vos tem a espada sobre a cabeça; e vós temporizais ainda, hesitando sobre o que façais dos inimigos apprehendidos dentro dos vossos muros? Condoei-vos delles, eu vos peço; pobres mancebos! peccárão por ambição; deixai-os ir tambem com as armas. Mas olhai, que, se elles as tomarem, essa brandura e misericordia se vos não converta em miseria. Dura he por certo a crise; mas vós não a temeis. Antes muitissimo a temeis vós; mas por inercia e fraqueza d'alma vos demorais, atidos uns aos outros, fiados talvez nos deoses immortaes, que muitas vezes em grandissimos perigos esta republica salvárão. Não: com votos, nem com supplicas mulheris não se impetra o favor dos deoses. Velando, trabalhando, consul-

« Apud majores nostros A. Manlius Torquatus bello Gallico filium suum, quod is contra imperium in hostem pugnaverat, necari jussit; atque ille egregius adolescens immoderatæ fortitudinis morte pœnas dedit. Vos de crudelissimis parricidis quid statuatis, cunctamini! Videlicet cætera vita eorum huic sceleri obstat. Verum parcite dignitati Lentuli, si ipse pudicitiæ, si famæ suæ, si diis aut hominibus umquam ullis pepercit. Ignoscite Cethegi adolescentiæ, nisi iterum jam patriæ bellum fecit. Nam quid ego de Gabinio, Statilio, Cœpario loquar? quibus si quidquam pensi umquam fuisset, non ea consilia de republica habuissent.

« Postremo, Patres conscripti, si mehercule peccato locus esset facile paterer, vos ipsa re corrigi, quoniam verba mea contemnitis; sed undique circumventi sumus; Catilina cum exercitu faucibus urget; alii intra mœnia, atque in sinu urbis sunt hostes; neque parari, neque consuli quidquam occulte potest: quo magis properandum est. Quare ita ego censeo: quum nefario consilio sceleratorum civium respublica in maxima pericula venerit, hique indicio T. Vulturcii et legatorum Allobrôgum convicti confessique sint, cædem, incendia, aliaque se fœda atque crudelia facinora in cives patriamque paravisse; de confessis, sicuti de manifestis rerum capitalium, more majorum, supplicium sumendum. »

tando, se vencem as adversidades. Se te deres á indolencia e preguiça, em vão implorarás os deoses : irosos e contrarios os terás sempre.

« Entre os nossos maiores A. Manlio Torquato na guerra com os Gallos mandou matar seu filho, por ter contra a ordem pelejado com o inimigo; e aquelle joven egregio pagou com a vida o seu immoderado valor. Vós hesitais sobre o que deveis resolver contra cruelissimos parricidas! A sua vida anterior desmente por certo este crime. Perdoai á dignidade de Lentulo, se ao pudor, á sua fama, se aos homens, ou aos deoses elle alguma vez perdoou. Condoei-vos da adolescencia de Cethego, se já duas vezes não fez guerra á patria. Que direi de Gabinio, Statilio, e Cepario? Se alguma consideração fosse capaz de os conter, não conceberião contra a republica semelhante projecto.

» Emfim, padres conscriptos, se fosse tempo de errar, eu, vo-lo juro, de bom grado soffrêra, que aprendesseis á vossa custa, já que desprezais as minhas vozes; mas estâmos de toda a parte cercados. Catilina com o seu exercito nos está batendo ás portas; dentro dos muros, no seio da cidade outros inimigos existem; nem fazer, nem consultar podemos cousa alguma em segredo : tanto mais devemos por isso apressar-nos. Voto portanto, que, visto correr gravissimo perigo a republica pela nefanda empresa destes scelerados, e elles pelo depoimento de T. Vulturcio, e dos embaixadores dos Allobrogos estarem convencidos e confessos réos de projectados assassinios, incendios, e outros feios e crueis attentados contra os

Postquam Cato assedit, consulares omnes, itemque senatus magna pars sententiam ejus laudant, virtutem animi ad cœlum ferunt; alii alios increpantes timidos vocant; Cato magnus atque clarus habetur; senatus decretum fit, sicut ille censuerat.

Sed mihi multa legenti, multa audienti, quæ populus Romanus domi militiæque, mari atque terra præclara facinora fecit, forte libuit attendere, quæ res maxime tanta negotia sustinuisset. Sciebam sæpenumero parva manu cum magnis legionibus hostium contendisse; cognoveram parvis copiis bella gesta cum opulentis regibus; ad hoc sæpe fortunæ violentiam toleravisse; facundia Græcos, gloria belli Gallos ante Romanos fuisse: ac mihi multa agitanti constabat, paucorum civium egregiam virtutem cuncta patravisse; eoque factum, uti divitias paupertas, multitudinem paucitas superaret. Sed postquam luxu atque desidia civitas corrupta est, rursus respublica magnitudine sua imperatorum atque magistratuum vitia sustentabat; ac, sicuti effeta parens tum, multis tempestatibus haud sane quisquam Romæ virtute magnus fuit.

Sed memoria mea, ingenti virtute, diversis moribus fuere viri duo, M. Cato et C. Cæsar; quos, quoniam res obtulerat, silentio præterire non fuit consilium, quin utriusque naturam et mores, quantum ingenio possem, aperirem. Igitur his

cidadãos e a patria; assim os confessos, como os evidentemente incursos em crime capital, sejão, segundo as leis antigas, punidos de morte. »

Sentado apenas Catão, todos os consulares e os mais dos senadores louvão a sua opinião, exaltão ás nuvens a sua fortaleza d'alma; increpão-se uns aos outros, chamando-se timidos; Catão he reputado grande e illustre; o decreto do senado se lavrou, como elle opinára.

Lendo eu muitas vezes, muitas ouvindo as preclaras façanhas, que na paz e na guerra, por mar e por terra fez o povo Romano, acaso entrei na curiosidade de averiguar, por que arte sustentárão elles tantos negocios. Sabía, que muitas vezes tinhão com pequeno poder batido fortes legioẽs inimigas, com poucos meios feito guerra a opulentos reis; e muitas vezes tambem soffrido as iras da fortuna, cedendo na eloquencia aos Gregos, aos Gallos na gloria militar: e depois de longo exame achei, tudo fôra devido á egregia virtude de poucos cidadãos; que esta fizera triunfar a pobreza da riqueza, da multidão a pouquidade. Mas depois que o luxo e molleza corrompêrão a cidade, a republica, apoiada na sua grandeza foi resistindo aos vicios dos generaes e magistrados; mas, qual mãi debilitada, muitos tempos não produzio Roma um homem de grande virtude.

Mas no meu tempo dous existírão, grandes em virtude, em caracter diversos, M. Catão e C. Cesar; e, pois se me offerece esta occasião, e não he meu intento deixa-los em silencio, de um e outro, o melhor que puder, descreverei a indole e

genus, ætas, eloquentia prope æqualia fuere; magnitudo animi par, item gloria, sed alia alii. Cæsar beneficiis ac munificentia magnus habebatur; integritate vitæ Cato. Ille mansuetudine et misericordia clarus factus; huic severitas dignitatem addiderat. Cæsar dando, sublevando, ignoscendo; Cato nihil largiendo gloriam adeptus est. In altero miseris perfugium erat; in altero malis pernicies. Illius facilitas, hujus constantia laudabatur. Postremo Cæsar in animum induxerat laborare, vigilare; negotiis amicorum intentus, sua negligere; nihil denegare, quod dono dignum esset; sibi magnum imperium, exercitum, novum bellum exoptabat, ubi virtus enitescere posset. At Catoni studium modestiæ, decoris, sed maxime severitatis erat. Non divitiis cum divite, neque factione cum factioso, sed cum strenuo virtute, cum modesto pudore, cum innocente abstinentia certabat; esse, quam videri, bonus malebat. Ita, quo minus gloriam petebat, eo magis illam assequebatur.

Postquam, ut dixi, senatus in Catonis sententiam discessit, consul optimum factu ratus, noctem, quæ instabat, antecapere, ne quid eo spatio novaretur, triumviros, quæ ad supplicium postulabat, parare jubet; ipse, dispositis præsidiis, Lentulum in carcerem deducit; idem fit cæteris per prætores. Est locus in carcere, quod Tullianum appellatur, ubi paululum adscenderis ad lævam, circiter duodecim pedes humi de-

costumes. Quasi iguaes em nobreza, idade, e eloquencia, hombreavão em grandeza d'alma, e gloria; mas cada qual em seu género. Cesar pelos beneficios e pela sua munificencia obtinha o nome de grande; pela integridade de vida Catão. Aquelle pela affabilidade e clemencia se illustrára; a este a severidade accrescentava respeito. Cesar dando, soccorrendo, perdoando; Catão, não fazendo largueza alguma, gloria obtinha. Um era o refugio dos infelizes, outro o flagello dos máos. Naquelle a facilidade, neste se louvava a constancia. Em summa, Cesar tinha por systema trabalhar, velar, cuidar dos negocios dos amigos, desprezar os seus, não denegar cousa digna de conceder-se; para si só desejava grande poder, um exercito, uma nova guerra, em que pudesse brilhar o seu genio. Catão amava a modestia, o decoro, e sobre tudo a severidade. Não contendia com o rico em riqueza, com o faccioso em partido; mas com o forte em valor, com o modesto em pudor, com o justo em desinteresse: antes queria ser bom, que parece-lo. Assim, quanto menos buscava a gloria, mais ella o seguia.

Depois que o senado, como disse, adoptou o parecer de Catão, o consul, tendo por mais prudente prevenir a noite, que se approximava, para que neste espaço não occorresse alguma novidade, ordenou aos triumviros, que apromptassem tudo para o supplicio, e, dispostas as guardas, elle mesmo conduzio Lentulo ao carcere; os pretores fizerão o mesmo aos outros. No carcere, subindo-se um pouco á esquerda, ha um logar, chamado

pressus. Eum muniunt undique parietes, atque insuper camera, lapideis fornicibus vincta; sed incultu, tenebris, odore fœda atque terribilis ejus facies est. In eum locum postquam demissus est Lentulus, vindices rerum capitalium, quibus præceptum erat, laqueo gulam fregere. Ita ille patricius, ex clarissima gente Corneliorum, qui consulare imperium Romæ habuerat, dignum moribus factisque suis exitium vitæ invenit. De Cethego, Statilio, Gabinio, Cœpario eodem modo supplicium sumptum est.

Dum ea Romæ geruntur, Catilina ex omni copia, quam et ipse adduxerat, et Manlius habuerat, duas legiones instituit; cohortes pro numero militum complet; deinde, ut quisque voluntarius, aut ex sociis in castra venerat, æqualiter distribuerat, ac brevi spatio legiones numero hominum expleverat, quum initio non amplius duobus millibus habuisset. Sed ex omni copia circiter pars quarta erat militaribus armis instructa; cæteri, ut quemque casus armaverat, sparos aut lanceas, alii præacutas sudes portabant. Sed postquam Antonius cum exercitu adventabat, Catilina per montes iter facere, modo ad Urbem, modo Galliam versus castra movere; hostibus occasionem pugnandi non dare. Sperabat propediem magnas copias sese habiturum, si Romæ socii incepta patravissent. Interea servitia repudiabat, cujus initio ad eum magnæ copiæ concurrebant, opibus conjurationis fretus, simul alienum suis rationibus existimans, videri causam civium cum servis fugitivis communicavisse.

Tulliano, enterrado no chão quasi doze pés, munido em torno de grossas paredes, e fechado por cima com uma abóbada de pedra; o seu aspecto he hediondo e terrivel pela immundicia, escuridão, e máo cheiro. Ali introduzido Lentulo, os algozes o garrotárão, como lhes fôra ordenado. Assim aquelle patricio, da preclarissima estirpe dos Cornelios, já consul em Roma, teve um fim digno dos seus costumes e acções. Cethego, Statilio, Gabinio, Cepario soffrêrão o mesmo supplicio.

Em quanto isto se passa em Roma, Catilina das forças, que levára, et das que Manlio tinha, forma duas legiões, enchendo as cohortes em proporção do numero dos homens; depois, á medida que algum voluntario, ou dos companheiros chegava ao campo, os hia distribuindo igualmente; e em breve completou de soldados as duas Legiões, quando ao principio não tinha mais de dous mil homens. Mas de toda esta força apenas a quarta parte estava militarmente armada; os mais se armárão, como pudérão, com dardos, ou lanças, e alguns com varas pontiagudas. Quando Antonio com o seu exercito se lhe hia approximando, Catilina, por cima das serras, ora marchava sobre a Cidade, ora sobre a Gallia, sem dar aos contrarios occasião de combate. Esperava ter em breve grandes forças, se os companheiros em Roma executassem o plano. Entretanto, fiado na multidão dos conjurados, hia repudiando os escravos, que ao principio em grande copia concorrião, julgando contrario aos seus interesses parecer confundir a causa dos cidadãos com a dos fugitivos escravos.

Sed postquam in castra nuntius pervenit, Romæ conjurationem patefactam, de Lentulo et Cethego cæterisque, quos supra memoravi, supplicium sumptum : plerique, quos ad bellum spes rapinarum, aut novarum rerum studium illexerat, dilabuntur; reliquos Catilina per montes asperos magnis itineribus in agrum Pistoriensem abducit, eo consilio, uti per tramites occulte perfugeret in Galliam Transalpinam. At Q. Metellus Celer cum tribus legionibus in agro Piceno præsidebat, ex difficultate rerum eadem illa existimans, quæ supra diximus, Catilinam agitare. Igitur ubi iter ejus ex perfugis cognovit, castra propere movit, ac sub ipsis radicibus montium consedit, qua illi descensus erat in Galliam properanti. Neque tamen Antonius procul aberat, utpote qui magno exercitu, locis æquioribus, expeditos in fugam sequeretur.

Sed Catilina postquam videt montibus atque copiis hostium sese clausum, in urbe res adversas, neque fugæ, neque præsidii ullam spem; optimum factu ratus, in tali re fortunam belli tentare, statuit cum Antonio quam primum confligere. Itaque, concione advocata, hujuscemodi orationem habuit :

« Compertum ego habeo, milites, verba virtutem non addere; neque ex ignavo strenuum, neque fortem ex timido exercitum oratione imperatoris fieri. Quanta cujusque animo audacia natura aut moribus inest, tanta in bello patere solet. Quem neque gloria, neque pericula

Mas apenas chegou ao campo a noticia de ter sido em Roma descoberta a conjuração e justiçados Lentulo, Cethego e os mais, que a cima disse; a maior parte daquelles, que a esperança dos roubos, ou o desejo de novidade havia attrahido ás armas, desapparece : Catilina por ásperas serras a marchas forçadas conduz o resto ás terras Pistorienses, com intento de se escapar de furto por atalhos para a Gallia Transalpina. Mas Q. Metello Celer com tres legiões occupava o campo Piceno, presumindo, que pela estreiteza das cousas Catilina faria o que a cima disse. Assim apenas pelos desertores soube da sua marcha, levanta o campo a toda a pressa, e vai postar-se sob as fraldas da serra no mesmo sitio, por onde Catilina, fugindo para a Gallia, devia descer. Antonio tambem lhe não hia distante, para quem com um grande exercito, por terreno mais plano, seguia um inimigo, a quem as equipagens não retardavão a fuga.

Catilina, quando se vio cercado de montes e tropas inimigas, contrarias as cousas em Roma, nenhuma esperança de fuga, ou de soccorro, julgando, que em tal apêrto lhe não restava senão tentar a fortuna das armas, determinou quanto antes bater-se com Antonio : e convocando os seus lhes fallou assim :

« Soldados! Eu sei, que palavras não augmentão valor; que por discursos do chefe nunca um exercito de effeminado se tornou activo, nem de cobarde valente. Quanta audacia em nós por natureza, ou por educação existe, tanta na guerra mostramos. Aquelle, a quem nem a gloria, nem

excitant, nequidquam hortere; timor animi auribus officit. Sed ego vos, quo pauca monerem, advocavi; simul uti causa mei consilii aperirem. Scitis equidem, milites, socordia atque ignavia Lentuli quantam ipsi nobisque cladem attulerit; quoque modo, dum ex Urbe præsidia opperior, in Galliam proficisci nequiverim. Nunc vero quo in loco res nostræ sint, juxta mecum omnes intelligitis.

» Exercitus hostium duo, unus ab Urbe, alter a Gallia, obstant; diutius in his locis esse, si maxime animus ferat, frumenti atque aliarum rerum egestas prohibet. Quocumque ire placet, ferro iter aperiendum est. Quapropter vos moneo, uti forti atque parato animo sitis, et, quum prælium inibitis, memineritis, vos divitias, decus, gloriam, præterea libertatem atque patriam in dextris vestris portare. Si vincimus, omnia nobis tuta erunt, commeatus abunde, municipia atque coloniæ patebunt. Sin metu cesserimus, eadem illa adversa fient; neque locus, neque amicus quisquam teget, quem arma non texerint. Præterea, milites, non eadem nobis et illis necessitudo impendet. Nos pro patria, pro libertate, pro vita certamus; illis supervacaneum est pugnare pro potentia paucorum. Quo audacius aggredimini, memores pristinæ virtutis.

» Licuit vobis cum summa turpitudine in exsilio ætatem agere; potuistis nonnulli Romæ, amissis bonis, alienas opes exspectare. Quia illa fœda atque intoleranda viris videbantur, hæc se-

os perigos excitão, de balde he exhorta-lo; o medo lhe tapa os ouvidos. Chamei-vos para vos fazer algumas advertencias, e expôr-vos ao mesmo tempo os motivos da minha resolução. Já vós sabeis, soldados, quanto a indiscrição e molleza de Lentulo a elle e a nós fôrão fataes; e como, em quanto esperava soccorros da Cidade, se me fechou o caminho da Gallia. Agora qual seja o nosso estado, tambem como eu, o conheceis.

Dous exercitos inimigos, um para Roma, outro para a Gallia, nos impedem o passo; demorarnos mais aqui, por maior que fosse o nosso desejo, não o permitte a falta de viveres. Para onde quer que decidamos ir, temos de abrir caminho com o ferro. Recommendo-vos portanto, que estejais com animo forte e decidido, e ao entrar na peleja vos lembreis, que as riquezas, a honra, a gloria, a liberdade e a patria estão nas vossas lanças. Se vencermos, tudo será nosso, sobrarão mantimentos, os municipios, e colonias nos abrirão as portas. Se ao medo succumbirmos, tudo teremos contra; nem logar, nem amigo algum defenderão a quem não defendêrão as armas. De mais, soldados, a razão, que nos impelle a nós e a elles não he a mesma. Nós pela patria, pela liberdade, pela vida pugnamos; elles por de mais combatem pelo poder de poucos. Portanto, lembrados do vosso antigo valor, com mór denodo atacai.

Na vossa mão esteve viver com summa infamia em desterro; podião alguns de vós em Roma, perdidos os bens, mendigar alheio pão. Mas porque um tal estado vos pareceo torpe e intolerável para

qui decrevistis. Si hæc relinquere vultis, audacia opus est. Nemo, nisi victor, pace bellum mutavit. Nam in fuga salutem sperare, quum arma, quibus corpus tegitur, ab hostibus averteris, ea vero dementia est. Semper in prælio iis maximum est periculum, qui maxime timent; audacia pro muro habetur. Quum vos considero, milites, et quum facta vestra æstimo, magna me spes victoriæ tenet. Animus, ætas, virtus vestra me hortantur; præterea necessitudo, quæ etiam timidos fortes facit. Nam, multitudo hostium ne circumvenire queat, prohibent angustiæ loci. Quod si virtuti vestræ fortuna inviderit, cavete inulti animam amittatis; neu capti potius, sicuti pecora, trucidemini, quam virorum more pugnantes, cruentam atque luctuosam victoriam hostibus relinquatis. »

Hæc ubi dixit, paululum commoratus, signa canere jubet, atque instructos ordines in locum æquum deducit; dein, remotis omnium equis, quo militibus, exæquato periculo, animus amplior esset, ipse pedes exercitum, pro loco atque copiis, instruit. Nam, uti planities erat inter sinistros montes, et ab dextera rupes aspera, octo cohortes in fronte constituit; reliquarum signa in subsidio arctius collocat. Ab his centuriones omnes lectos et evocatos, præterea ex gregariis militibus optimum quemque armatum in primam aciem subducit. C. Manlium in dextera, Fæsulanum quemdam in sinistra parte curare jubet; ipse cum libertis et colonis propter

homens, este partido abraçastes. Se o quereis deixar, he preciso atrevimento. Ninguem, senão vencedor, trocou pela paz a guerra. Pois o procurar a salvação na fuga, apartando do inimigo as armas, que nos cobrem o corpo, isso he a maior das demencias. Sempre na guerra o maior perigo foi de quem mais o temeo : o valor he a melhor trincheira. Soldados! Quando eu vos considero, quando as vossas façanhas contemplo, alta esperança de victoria concebo. O brio, a idade, a vossa firmeza me alentão, e tambem a necessidade, que mesmo aos cobardes faz fortes. A estreiteza do terreno impede que a multidão dos inimigos nos envolva. Mas quando a fortuna inveje o vosso valor, procurai não morrer inultos; não vos deixeis apanhar e degollar, como ovelhas; mas, combatendo como homens, aos inimigos deixai sanguinolenta e luctuosa victoria. »

Disse, e depois de breve intervallo manda tocar as trombetas, e ordenadas as tropas, as conduz á planicie; depois, tirados os cavallos de todos para que, igualado o perigo, fosse maior o esforço nos soldados, peão elle mesmo, forma o exercito segundo o terreno e as forças. Como a planicie era pela esquerda cercada de montes, e pela direita d'asperos rochedos, colloca oito cohortes na frente, e as outras mais unidas em corpo de reserva. Destas passou para a primeira linha todos os centuriões escolhidos e os veteranos, e d'entre os simplices soldados algum melhor e mais bem armado. Deo a C. Manlio o commando da direita, o da esquerda a um Fesulano; e elle com os liber-

aquilam assistit, quam bello Cimbrico C. Marius in exercitu habuisse dicebatur.

At ex altera parte C. Antonius, pedibus æger, quod prælio adesse nequibat, M. Petreio legato exercitum permittit. Ille cohortes veteranas, quas tumultus causa conscripserat, in fronte, post eas cæterum exercitum in subsidiis locat. Ipse equo circumiens, unumquemque nominans appellat, hortatur, rogat, uti meminerint, se contra latrones inermes, pro patria, pro liberis, pro aris atque focis suis certare. Homo militaris, quod amplius annos triginta tribunus, aut præfectus, aut legatus, aut prætor cum magna gloria in exercitu fuerat, plerosque ipsos factaque eorum fortia noverat; ea commemorando militum animos accendebat.

Sed ubi, omnibus rebus exploratis, Petreius tuba signum dat, cohortes paulatim incedere jubet. Idem facit hostium exercitus. Postquam eo ventum est, unde a farentariis prælium committi posset, maximo clamore cum infestis signis concurrunt; pila omittunt; gladiis res geritur. Veterani, pristinæ virtutis memores, cominus acriter instare; illi haud timidi resistunt. Maxima vi certatur. Interea Catilina cum expeditis in prima acie versari, laborantibus succurrere, integros pro sauciis arcessere, omnia providere, multum ipse pugnare, sæpe hostem ferire. Strenui militis, et boni imperatoris officia simul exsequebatur. Petreius, ubi videt Catilinam, contra, ac ratus erat, magna vi tendere;

tos e colonos se postou junto da águia, que dizião na guerra Cimbrica Mario tivera no exercito.

Da outra parte C. Antonio, que, doente de gota, não podia assistir á batalha, entregou o exercito ao seu legado Petreio. Este collocou na frente as cohortes veteranas, conscriptas por occasião de tumulto, e em reserva na retaguarda destas o resto do exercito. Depois girando a cavallo, chama a cada um por seu nome, os exhorta, e lhes roga, que se lembrem, que pela patria, pelos filhos, pelos seus templos e lares vão combater contra ladrões inermes. Um habil militar, que mais de trinta annos tribuno, ou prefeito, ou legado, ou pretor com grande gloria servíra no exercito, e conhecia os mais dos soldados e as suas proezas, com lhas trazer á memoria, lhes accendia os animos.

Petreio, bem explorado tudo, faz dar ás trombetas e manda passo a passo avançar as cohortes. O mesmo faz o exercito dos inimigos. Chegados á distancia, em que as tropas ligeiras podião travar a acção, com grande clamor, inclinando as bandeiras, concorrem; largão as lanças; arrancão das espadas. Os veteranos, lembrados do seu antigo valor, denodadamente cerrão com os contrarios; elles não timidos resistem. Horrendamente se encruece a peleja. Catilina entretanto com um troço de tropas ligeiras discorria pela primeira linha, soccorrendo os que via em aperto, rendendo por sãos os feridos, provendo a tudo, combatendo forte elle mesmo, e muitas vezes ferindo o inimigo; valeroso soldado e bom capitão a um

cohortem prætoriam in medios hostes inducit, eosque perturbatos atque alios alibi resistentes interficit; deinde utrimque ex lateribus cæteros aggreditur. Manlius et Fæsulanus in primis pugnantes cadunt. Postquam fusas copias, seque cum paucis relictum videt Catilina, memor generis atque pristinæ suæ dignitatis, in confertissimos hostes incurrit, ibique pugnans confoditur.

Sed confecto prælio, tum vero cerneres, quanta audacia quantaque animi vis fuisset in exercitu Catilinæ. Nam fere quem quisque vivus pugnando locum ceperat, eum, amissa anima, corpore tegebat. Pauci autem, quos medios cohors prætoria disjecerat, paulo diversius, sed omnes tamen adversis vulneribus conciderant. Catilina vero longe a suis inter hostium cadavera repertus est, paululum etiam spirans, ferociamque animi, quam habuerat vivus, in vultu retinens. Postremo ex omni copia neque in prælio, neque in fuga, quisquam civis ingenuus captus est. Ita cuncti suæ hostiumque vitæ juxta pepercerant. Neque tamen exercitus populi Romani lætam aut incruentam victoriam adeptus erat; nam strenuissimus quisque aut occiderat in prælio, aut graviter vulneratus discesserat. Multi autem, qui e castris visendi, aut spoliandi gratia processerant, volventes hostilia cadavera, amicum alii, pars hospitem aut cognatum reperiebant; fuere item, qui inimicos suos cognoscerent. Ita varie per om-

tempo. Quando Petreio vio, contra o que esperava, Catilina oppôr tão porfiada resistencia, rompe com a sua cohorte pretoriana pelo centro dos inimigos, e mata os que se desordenão, e os que inda aqui e ali resistem; por ambos os flancos acommette depois os outros. Manlio e o Fesulano entre os primeiros, combatendo morrem. Catilina vendo destroçados os seus, restando apenas elle com poucos, lembrado do seu nascimento e antiga dignidade, se arremeça aonde o inimigo era mais denso, e ali, matando, he morto.

Mas acabada a peleja, era então que se podia bem conhecer de quanta audacia, quanta força d' alma fôra o exercito de Catilina. Pois quasi o mesmo logar, que no combate cada qual, vivo, occupára, morto, o cobria com o corpo. Só alguns, por meio dos quaes rompêra a cohorte pretoriana, fôrão cahir um pouco mais distantes; mas todos pela frente feridos. Catilina porém longe dos seus foi achado entre inimigos cadaveres, respirando um pouco ainda e conservando no rosto aquella ferocidade d'alma, que vivo o distinguíra. De toda a multidão emfim nem só um cidadão ingenuo foi, no combate, ou na fuga, aprisionado: todos poupárão tanto a sua vida, como a dos contrarios. Nem teve comtudo o exercito do povo Romano leda e incruenta victoria; que os mais valentes, ou na peleja morrêrão, ou della sahírão gravemente feridos. Muitos, que para vêr, ou pilhar sahírão dos arraiaes, revolvendo os inimigos cadaveres, quem o amigo, quem o hospede, quem o parente encontrava; e alguns reconhecêrão tambem seus

nem exercitum lætitia, mœror, luctus atque gaudia agitabantur.

pessoaes inimigos. Assim variamente por todo o exercito alegria, tristeza, prazer e lucto girava.

FIM DA GUERRA CATILINARIA.

C. C. SALLUSTII

BELLUM

JUGURTHINUM.

Falso queritur de natura sua genus humanum, quod imbecilla atque ævi brevis forte potius, quam virtute regatur. Nam contra, reputando, neque majus aliud, neque prestabilius invenias; magisque naturæ industriam hominum, quam vim aut tempus deesse. Sed dux atque imperator vitæ mortalium animus est. Qui ubi ad gloriam virtutis via grassatur, abunde pollens potensque et clarus est, neque fortuna eget; quippe quæ probitatem, industriam, aliasque artes bonas neque dare neque eripere cuiquam potest. Sin, captus pravis cupidinibus, ad inertiam et voluptates corporis pessum datus est: perniciosa libidine paulisper usus, ubi per socordiam vires, tempus, ingenium defluxere, naturæ infirmitas accusatur; suam quisque culpam auctores ad negotia transferunt.

Quod si hominibus bonarum rerum tanta cura esset, quanto studio aliena ac nihil profutura, multumque etiam periculosa petunt; neque regerentur magis, quam regerent casus, et eo magnitudinis procederent, ubi pro mortalibus glo-

C. SALLUSTIO CRISPO

GUERRA

JUGURTHINA.

Sem razão se queixa o homem de que a sua natureza, debil e pouco duravel, se rege mais pelo acaso, que por força propria. Que ao contrario, reflectindo, acharás, que nada ha maior nem mais prestante; e que mais nos falta industria, que força ou tempo. Guia e soberana do homem he a mente. Quando ella se dirige á gloria pelo caminho da virtude, vigorosa, potente assaz e illustre por si mesma, não carece da fortuna; porque esta, a probidade, a industria, e as mais qualidades bôas nem póde dar nem tirar. Mas se, captiva das paixões, se entregou á inercia e aos deleites do corpo : se nestes perniciosos vicios um pouco se deixou enervar, depois de termos, por nossa má cabeça, perdido as forças, o tempo, o engenho, accusamos a debilidade da natureza : sempre os auctores do mal tornão a sua culpa ás circumstancias.

Que, se os homens se dessem ás cousas uteis com o mesmo fervor, com que se dão ás que lhes são improprias, de nenhum proveito, e até mui perigosas, regerião mais a fortuna, que ella a elles, e subirião a tal grandeza, que de mortaes

ria æterni fierent. Nam uti genus hominum compositum ex corpore et anima est; ita res cunctæ studiaque omnia nostra, corporis alia, alia animi naturam sequuntur. Igitur præclara facies, magnæ divitiæ, ad hoc vis corporis, et alia hujuscemodi omnia brevi dilabuntur; at ingenii egregia facinora, sicuti anima, immortalia sunt. Postremo corporis et fortunæ bonorum, ut initium, sic finis est, omniaque orta occidunt, et aucta senescunt; animus incorruptus, æternus, rector humani generis, agit atque habet cuncta, neque ipse habetur.

Quo magis pravitas eorum admiranda est, qui, dediti corporis gaudiis, per luxum et ignaviam ætatem agunt, cæterum ingenium, quo neque melius, neque amplius aliud in natura mortalium est, incultu atque socordia torpescere sinunt; quum præsertim tam multæ variæque sint artes animi, quibus summa claritudo paratur. Verum ex his magistratus et imperia, postremo omnis cura rerum publicarum, minime mihi hac tempestate cupienda videntur; quoniam neque virtuti honos datur, neque illi, quibus per fraudem jus fuit, utique tuti, aut eo magis honesti sunt. Nam vi quidem regere patriam aut parentes, quamquam et possis, et delicta corrigas, tamen importunum est; quum præsertim omnes rerum mutationes cædem, fugam, aliaque hostilia portendant. Frustra autem niti, neque aliud se fatigando, nisi odium, quærere, extremæ dementiæ est; nisi forte quem inhonesta et perniciosa libido tenet, potentiæ paucorum decus atque libertatem suam gratificari.

os tornaria eternos a fama. Sendo pois o homem composto d'alma e corpo, todas as suas faculdades e desejos seguem a natureza deste, ou daquella. Assim a formosura, as grandes riquezas, a força fysica em breve se dissipão; as sublimes producções do espirito são, como elle, immortaes. Em summa, os bens do corpo e os da fortuna, como tem principio, tem fim; quanto nasce morre, quanto cresce envelhece: a alma incorruptivel, eterna, directora do homem, move, domina tudo, e não he dominada.

Mais he por isso d'estranhar a depravação daquelles, que, dados aos prazeres do corpo, consomem a vida no luxo e molleza, e o engenho, o melhor e mais sublime dom da natureza, deixão entorpecer na incultura e desleixo, quando ha tantas e tão diversas occupações do espirito pelas quaes se póde obter clara fama. Entre estas porém as magistraturas, as commandancias, todo o cargo publico emfim me não parecem nesta época muito de appetecer; porque nem as honras se dão á virtude, nem os que por intriga as obtem, vivem por isso mais seguros e bemquistos. Porque o reger por força a patria ou os subditos, posto que possas e corrijas delictos, he sempre cousa odiosa; muito mais quando se considera, que todas as revoluções trazem comsigo as mortes, os desterros, e outras hostilidades. Ora fazer vãos esforços, e não tirar das suas fadigas, senão o odio de todos, he por certo a maior das loucuras: menos para aquelle, que, possuido de uma vil e perniciosa am-

Cæterum ex aliis negotiis, quæ ingenio exercentur, in primis magno usui est memoria rerum gestarum. Cujus de virtute quia multi dixere, prætereundum puto; simul, ne per insolentiam quis existimet memet, studium meum laudando, extollere. Atque ego credo fore qui, quia decrevi procul a republica ætatem agere, tanto tamque utili labori meo nomen inertiæ imponant; certe, quibus maxima industria videtur, salutare plebem, et conviviis gratiam quærere. Qui si reputaverint, et quibus ego temporibus magistratum adeptus sim, et quales viri idem assequi nequiverint, et postea quæ genera hominum in senatum pervenerint; profecto existimabunt, me magis merito, quam ignavia, judicium animi mei mutavisse, majusque commodum ex otio meo, quam ex aliorum negotiis, reipublicæ venturum.

Nam sæpe ego audivi, Q. Maximum, P. Scipionem, præterea civitatis nostræ præclaros viros, solitos ita dicere, quum majorum imagines intuerentur, vehementissime sibi animum ad virtutem accendi. Scilicet non ceram illam, neque figuram tantam vim in sese habere; sed memoria rerum gestarum eam flammam egregiis viris in pectore crescere, neque prius sedari, quam virtus eorum famam atque gloriam adæquaverit. At contra, quis est omnium his mo-

bição, não duvida fazer presente da sua honra e liberdade ao poder de poucos.

De todos os outros exercicios do espirito o mais util he o de transmittir á posteridade os feitos dignos de memoria. Da sua excellencia, pois que já outros o fizerão, julgo não dever tratar; e tambem para que se não tenha por vaidade em mim louvar eu mesmo a minha occupação. Sei, que não faltará quem, por isso que assentei em me não intrometter mais em cousas publicas, a este meu tão grande e tão util trabalho ponha o nome d'inercia; mas serão certo aquelles, que olhão como a principal industria o cortejar a plebe e grangear amigos com banquetes. Mas se elles considerarem em que tempos eu obtive as magistraturas, quão illustres personagens as não pudérão conseguir, e que especie de gente entrou depois no senado; sem duvida se convencerão de que, se mudei de proposito não foi por mandriice, mas por motivo mais digno, e de que deste meu ocio virá mais proveito á republica, do que das fadigas de outros.

Muitas vezes ouvi, que Q. Maximo, P. Scipião, e outros preclaros varões da nossa republica dizião, que, ao vêr as imagens de seus maiores, vivamente se lhes accendia o animo para a virtude. Certo que nem a cêra, nem a figura tinhão em si tal poder; mas com a memoria dos grandes feitos se ateava aquella chamma no peito destes egregios varões, e se não aplacava em quanto a sua virtude lhes não adquirisse igual fama e gloria. Mas ao contrario nestes corruptissi-

ribus, quin divitiis et sumptibus, non probitate, neque industria, cum majoribus suis contendat? Etiam homines novi, qui antea per virtutem soliti erant nobilitatem antevenire, furtim et per latrocinia potius, quam bonis artibus, ad imperia et honores nituntur. Proinde quasi prætura et consulatus, atque alia omnia hujuscemodi per se ipsa clara, magnifica sint, ac non perinde habeantur, ut eorum, qui ea sustinent, virtus est. Verum ego liberius altiusque processi, dum me civitatis morum piget tædetque. Nunc ad inceptum redeo.

Bellum scripturus sum, quod populus Romanus cum Jugurtha, rege Numidarum, gessit: primum quia magnum et atrox, variaque victoria fuit; dein, quia tum primum superbiæ nobilitatis obviam itum est. Quæ contentio divina et humana cuncta permiscuit, eoque vecordiæ processit, ut studiis civilibus bellum atque vastitas Italiæ finem faceret. Sed priusquam hujuscemodi rei initium expediam, pauca supra repetam; quo ad cognocendum omnia illustria magis, magisque in aperto sint.

Bello Punico secundo, quo dux Carthaginiensium Hannibal, post magnitudinem nominis Romani, Italiæ opes maxime attriverat, Masinissa rex Numidarum, in amicitiam receptus a P. Scipione, cui postea Africano cognomen ex virtute fuit, multa et præclara rei militaris facinora fecerat; ob quæ, victis Carthaginiensibus et capto Syphace, cujus in Africa magnum atque late im-

mos tempos quem he (mostrem-mo) aquelle, que com os seus maiores em probidade e industria, e não em riqueza e fausto, contende? Até os homens novos, que outr'ora em virtude se avantajavão aos nobres, hoje de furto, e mais como ratoneiros, que por meios honestos, procurão os commandos e honras. Como se a pretura, o consulado, e outros cargos taes dessem por si mesmos o lustre e esplendor, e o não recebessem da virtude de quem os exerce. Mas em quanto, envergonhado e corrido, choro os costumes da cidade, mui livre e altamente me tenho remontado. Volto agora ao assumpto.

Escreverei a guerra, que o povo Romano teve com Jugurtha, rei dos Numidas; já porque foi grande, atroz, e de varia fortuna; já porque então se principiou a obstar á soberba dos nobres. Luta, que inteiramente confundio o divino e o profano, e a tal insania chegou, que só a guerra e devastação da Italia pôz termo aos rancores civis. Mas antes de entrar na materia, exporei alguns factos anteriores, que, sabidos, porão os outros em maior luz e clareza.

Na segunda guerra Punica, em que Hannibal, general dos Carthaginezes deo nas forças da Italia o mais terrivel dos golpes depois do engrandecimento do nome Romano, Masinissa rei dos Numidas admittido á nossa amizade por P. Scipião, que depois mereceo pelo seu valor o cognome d'Africano, se distinguíra por muitos e brilhantes feitos d'armas; em premio dos

perium valuit, populus Romanus, quascumque urbes et agros manu ceperat, regi dono dedit. Igitur amicitia Masinissæ bona atque honesta nobis permansit. Sed imperii vitæque ejus finis idem fuit.

Deinde Micipsa filius regnum solus obtinuit, Manastabale et Gulussa fratribus morbo absumptis. Is Adherbalem et Hiempsalem ex sese genuit; Jugurthamque, Manastabalis fratris filium, quem Masinissa, quod ortus ex concubina erat, privatum reliquerat, eodem cultu, quo liberos suos, domi habuit. Qui ubi primum adolevit, pollens viribus decora facie, sed multo maxime ingenio validus, non se luxui, neque inertiæ corrumpendum dedit; sed, uti mos gentis illius est, equitare, jaculari, cursu cum æqualibus certare; et, quum omnes gloria anteiret, omnibus tamen carus esse; ad hoc pleraque tempora in venando agere, leonem atque alias feras primus, aut in primis ferire; plurimum facere, et minimum ipse de se loqui.

Quibus rebus Micipsa tametsi initio lætus fuerat, existimans Jugurthæ virtutem regno suo gloriæ fore; tamen, postquam hominem adolescentem, exacta sua ætate, et parvis liberis, magis magisque crescere intelligit, vehementer eo negotio permotus, multa cum animo suo volvebat. Terrebat eum natura mortalium, avida imperii et præceps ad explendam animi cupidinem; præterea opportunitas suæ liberorumque ætatis, quæ

quaes, vencidos os Carthaginezes e captivo Syphax, cujo imperio na Africa fôra um dos mais poderosos e dilatados, o povo Romano lhe deo todas as cidades e terras, que tomára. Pelo que Masinissa se conservou sempre comnosco em bôa e fiel amizade. Mas tambem o fim do seu reinado foi o da sua vida.

Depois seu filho Micipsa, mortos de doença os irmãos Manastabal e Gulussa, obteve só para si o reino. Teve dous filhos, Adherbal e Hiempsal, e em seu palacio, com tratamento igual ao destes acolheo Jugurtha, filho de seu irmão Manastabal, que Masinissa, por bastardo, deixára excluido. Este apenas foi moço, bem apessoado, forte de corpo e muito mais forte d'espirito, não se deixando enervar no luxo e inercia, ao uso da sua nação se exercitou em cavalgar, atirar setas, contender com seus iguaes na carreira, e, bem que a todos se avantajasse em gloria, de todos era estimado: na caça empregava tambem o mais do tempo, sendo o primeiro, ou um dos primeiros em ferir leões e outras feras: ninguem fazia mais, nem de si fallava menos.

Com isto ao principio se alegrava Micipsa, julgando que o valor de Jugurtha illustraria o seu reino; mas quando vio este mancebo de dia em dia ir-se fazendo homem, olhando para a sua decrepitude e para a infancia dos filhos, em extremo assustado mil cuidados lhe agitavão a mente. Aterrava-o a natureza do homem ávida de imperio, e precipitada em saciar as paixões, e não menos a sua idade e a de seus filhos, que offerecia

etiam mediocres viros spe prædæ transversos agit; ad hoc studia Numidarum in Jugurtham accensa, ex quibus, si talem virum dolis interfecisset, ne qua seditio aut bellum oriretur, anxius erat. His difficultatibus circumventus ubi videt, neque per vim, neque insidiis opprimi posse hominem tam acceptum popularibus, quod erat Jugurtha manu promptus et appetens gloriæ militaris, statuit eum objectare periculis, et eo modo fortunam tentare. Igitur, bello Numantino, Micipsa, quum populo Romano equitum atque peditum auxilia mitteret, sperans, vel ostentando virtutem, vel hostium sævitia facile eum occasurum, præfecit Numidis, quos in Hispaniam mittebat.

Sed ea res longe aliter, ac ratus erat, evenit. Nam Jugurtha, ut erat impigro atque acri ingenio, ubi naturam P. Scipionis, qui tum Romanis imperator erat, et morem hostium cognovit; multo labore multaque cura, præterea modestissime parendo et sæpe obviam eundo periculis, in tantam claritudinem brevi pervenerat, ut nostris vehementer carus, Numantinis maximo terrori esset. Ac sane, quod difficillimum in primis est, et prælio strenuus erat, et bonus consilio; quorum alterum ex providentia timorem, alterum ex audacia temeritatem afferre plerumque solet. Igitur imperator omnes fere res asperas per Jugurtham agere, in amicis habere, magis magisque eum in dies amplecti; quippe cujus neque consilium, neque inceptum ullum frustra erat. Huc accedebat munificentia animi et ingenii sollertia,

uma opportunidade tal, que allucinaria com a esperança da presa o homem mais moderado; por outra parte a cega predilecção dos Numidas por Jugurtha lhe fazia temer que, se o matasse á traição, rebentasse algum tumulto ou guerra. Entre embaraços taes, vendo que nem por força, nem por dolo se podia desfazer de um homem tão popular, como Jugurtha era prompto de braço e cubiçoso de gloria militar determinou expô-lo aos perigos, e deste modo tentar a fortuna. Assim, como para a guerra de Numancia tinha de enviar aos Romanos soccorros de cavallaria e infanteria deo a Jugurtha o commando dos Numidas, que mandava á Hespanha, esperando que, ou no seu arrojo, ou na ferocidade dos inimigos encontrasse a morte.

Mas o caso sahio-lhe ás avessas. Por quanto Jugurtha, como era de vivo e atilado engenho, conhecido que teve o genio de Scipião, então general dos Romanos, e a tactica dos inimigos, com summa actividade e esmero, obedecendo pontualmente, e mil vezes affrontando os perigos, em breve adquirio tal nomeada, que era o enlevo dos nossos, e o terror dos Numantinos. E na verdade era bravo nos combates, nos conselhos prudente; cousa summamente difficil; porque de ordinario a prudencia degenera em timidez, em temeridade a ousadia. Assim o general mandava fazer por elle quasi todas as cousas arduas, o contava entre os seus amigos, e cada vez lhe queria mais, por vêr que nem ideia, nem empresa sua falhava. A isto accrescia a generosidade d'alma e subtileza de

quibus rebus sibi multos ex Romanis familiari amicitia conjunxerat. Ea tempestate in exercitu nostro fuere complures novi atque nobiles, quibus divitiæ bono honestoque potiores erant, factiosi, domi potentes, apud socios clari magis, quam honesti; qui Jugurthæ non mediocrem animum pollicitando accendebant, si Micipsa rex occidisset, fore uti solus imperio Numidiæ potiretur : in ipso maximam virtutem, Romæ omnia venalia esse.

Sed postquam, Numantia deleta, P. Scipio dimittere auxilia, et ipse reverti domum decrevit; donatum atque laudatum magnifice pro concione Jugurtham in prætorium adduxit, ibique secreto monuit : uti potius publice, quam privatim, amicitiam populi Romani coleret, neu aliquibus largiri insuesceret; periculose a paucis emi, quod multorum esset; si permanere vellet in suis artibus, ultro illi et gloriam et regnum venturum; sin properantius pergeret, suamet ipsum pecunia præcipitem casurum. Sic locutus, cum litteris eum, quas Micipsæ redderet, dimisit. Earum sententia hæc erat : « Jugurthæ tui bello Numantino longe maxima virtus fuit; quam rem certo scio tibio gaudio esse. Nobis ob merita sua carus est; ut idem senatui populoque Romano sit, summa ope nitemur. Tibi quidem pro nostra amicitia gratulor; en habes virum dignum te atque avo suo Masinissa. »

Igitur rex, ubi ea, quæ fama acceperat, ex litteris imperatoris ita esse cognovit, quum virtute,

engenho, com que ligou a si em familiar amizade a muitos dos Romanos. Havia então no exercito varios homens de fortuna, e nobres, que apreciavão mais as riquezas, que a probidade e a honra, facciosos, em Roma potentes, entre os alliados mais conhecidos, que bemquistos; os quaes accendião o não moderado espirito de Jugurtha, assegurando-lhe, que por morte de Micipsa só elle empunharia o sceptro da Numidia; pois valor lhe sobrava, e em Roma tudo se vendia.

Quando Scipião, destruida Numancia, resolveo despedir os auxiliares, e voltar a Roma; depois de premiar e louvar honrosamente a Jugurtha, na frente da tropa, o conduzio á sua tenda e ali o admoestou em segredo: que antes cultivasse a amizade do povo Romano em geral, que a de particulares, se não acostumasse a despender com alguns; pois era perigoso comprar a poucos o que era de muitos; se quizesse continuar a portar-se como até ali, a gloria e o reino o procurarião; mas se corresse com pressa demais, com o seu mesmo ouro se despenharia. Tendo-lhe assim fallado, o despedio com uma carta para Micipsa: da qual eis o teor: « O teu Jugurtha na guerra Numantina fez prodigios de valor; o que de certo sei te dará prazer. Pelos seus merecimentos me he caro; que o seja tambem ao senado e povo Romano, será meu maior empenho. Congratulo-me comtigo pela nossa amizade: ahi tens um homem digno de ti e do seu avô Masinissa. »

O rei, quando vio da carta do general ser verdade o que a fama dizia, movido, assim da virtu-

tum gratia viri permotus, flexit animum suum, et Jugurtham beneficiis vincere aggressus est; statimque eum adoptavit, et testamento pariter cum filiis heredem instituit. Sed ipse paucos post annos, morbo atque ætate confectus, quum sibi finem vitæ adesse intelligeret, coram amicis et cognatis, item Adherbale et Hiempsale filiis, dicitur hujuscemodi verba cum Jugurtha habuisse:

« Parvum ego te, Jugurtha, amisso patre, sine spe, sine opibus, in meum regnum accepi, existimans, non minus me tibi, quam liberis, si genuissem, ob beneficia carum fore; neque ea res falsum me habuit. Nam ut alia magna et egregia tua omittam, novissime rediens Numantia meque regnumque meum gloria honoravisti, tuaque virtute nobis Romanos ex amicis amicissimos fecisti; in Hispania nomen familiæ renovatum est; postremo, quod difficillimum inter mortales est, gloria invidiam vicisti. Nunc, quoniam mihi natura finem vitæ facit, per hanc dextram, per regni fidem moneo obtestorque te, ut hos, qui tibi genere propinqui, beneficio meo fratres sunt, caros habeas; neu malis alienos adjungere, quam sanguine conjunctos retinere. Non exercitus, neque thesauri præsidia regni sunt, verum amici, quos neque armis cogere, neque auro parare queas; officio et fide pariuntur. Quis autem amicior, quam frater fratri? aut quem alienum fidum invenies, si tuis hostis fueris? Equidem ego vobis regnum trado firmum, si boni eritis; si mali, imbecillum. Nam concordia parvæ

de do joven, como da recommendação do amigo, dobrou o animo, e tratou de captivar Jugurtha com beneficios; e desde logo o adoptou e no testamento instituio herdeiro com os filhos. Poucos annos depois, quebrantado pelas doenças e pela idade, conhecendo chegado o fim da sua vida, em presença dos amigos e parentes, e dos filhos Adherbal e Hiempsal dizem, que assim fallára a Jugurtha :

« Menino, perdido o pai, sem meios, sem esperanças, te recebi, Jugurtha, no meu throno, julgando que por este benificio te seria não menos caro, que aos proprios filhos, se os tivesse : nisto me não enganei : porque não fallando de outras grandes e egregias acções tuas, agora com a tua volta de Numancia a mim e ao meu reino cobriste de gloria; com o teu valor de amigos amicissimos nos fizeste os Romanos; na Hespanha renovaste o nome da nossa familia; e emfim, o que he difficillimo entre os homens, com a gloria a inveja venceste. Agora pois que a natureza aos meus dias põe termo, por esta dextra, pela regia fé te admoesto e rogo, que ames estes, que por geração te são primos, e por meu beneficio irmãos; e não queiras mais unir a ti os estranhos que conservar os que por sangue te são conjunctos. Não são os exercitos, nem os thesouros os esteios do throno, mas sim os amigos, que se não obrigão com armas, nem com ouro se comprão; com obsequios e bôa fé se conseguem. E quem mais amigo do irmão, que o irmão? ou que estranho acharás fiel, se fores inimigo dos teus? Eu vos entrego um rei-

res crescunt, discordia maximæ dilabuntur. Cæterum ante hos te, Jugurtha, qui ætate et sapientia prior es, ne aliter quid eveniat, providere decet. Nam in omni certamine, qui opulentior est, etiam si accipit injuriam, tamen quia plus potest, facere videtur. Vos autem, Adherbal et Hiempsal, colite, observate talem hunc virum, imitamini virtutem, et enitimini, ne ego meliores liberos sumpsisse videar, quam genuisse. »

Ad ea Jugurtha, tametsi regem ficta locutum intelligebat, et ipse longe aliter animo agitabat, tamen pro tempore benigne respondit. Micipsa paucis post diebus moritur. Postquam illi, more regio, justa magnifice fecerant, reguli in unum convenere, ut inter se de cunctis negotiis disceptarent. Sed Hiempsal, qui minimus ex illis erat, natura ferox, etiam antea ignobilitatem Jugurthæ, quia materno genere impar erat, despiciens, dextera Adherbalem assedit; ne medius ex tribus, quod apud Numidas honori ducitur, Jugurtha foret. Dein tamen, ut ætati concederet, fatigatus a fratre, vix in partem alteram transductus est. Ibi quum multa de administrando imperio dissererent, Jugurtha inter alias res jacit, oportere quinquennii consulta et decreta omnia rescindi; nam per ea tempora confectum annis Micipsam parum animo valuisse. Tum idem Hiempsal placere sibi respondit : nam ipsum illum tribus his proximis annis adoptione in regnum pervenisse.

no, firme, se fordes bons, se máos, fraco e vacillante. Pois com a concordia os pequenos estados crescem, com a discordia os maiores se arruinão. A ti porém, ó Jugurtha, que és maior na idade e no saber, mais que a estes compete precaver, que não succeda o contrario: porque em toda a contenda aquelle que he mais forte, inda que seja o offendido sempre parece o offensor. E vós, Adherbal e Hiempsal, respeitai e venerai um tal homem, imitai-o na virtude, e fazei, que se não diga, que a adopção me fez mais ditoso pai, que a natureza. »

A estas palavras do rei, bem que as não julgasse sinceras, e na alma outra cousa guardasse, olhando comtudo ao tempo, modestamente respondeo Jugurtha. Poucos dias depois morreo Micipsa. Tendo-lhe feito as exequias com regia pompa, os régulos se juntárão para conferir sobre os negocios do estado. Hiempsal, que delles era o mais moço, altivo por genio, e desde muito desprezando a ignobilidade de Jugurtha, por ser desigual pela parte materna, se assentou á direita de Adherbal, para que Jugurtha não tomasse o logar do meio, que entre os Numidas se tem pelo mais honroso. Depois, importunado pelo irmão a que cedesse á idade, com repugnancia passou para o outro lado. Como ali discutissem varios pontos da administração do reino, Jugurtha entre outras cousas propôz, que se annullassem todas as resoluções e decretos dos ultimos cinco annos; porque nesse tempo o rei, attenuado pelos annos, não estava em perfeito juizo: respondeo então Hiem-

Quod verbum in pectus Jugurthæ altius, quam quisquam ratus erat, descendit. Itaque ex eo tempore ira et metu anxius moliri, parare, atque ea modo animo habere, quibus Hiempsal per dolum caperetur. Quæ ubi tardius procedunt, neque lenitur animus ferox, statuit quovis modo inceptum perficere.

Primo conventu, quem ab regulis factum supra memoravi, propter dissensionem placuerat dividi thesauros, finesque imperii singulis constitui. Itaque tempus ad utramque rem decernitur, sed maturius ad pecuniam distribuendam. Reguli interea in loca propinqua thesauris, alius alio, concessere. Sed Hiempsal in oppido Thirmida forte ejus domo utebatur, qui, proximus lictor Jugurthæ, carus acceptusque ei semper fuerat. Quem ille casu ministrum oblatum promissis onerat impellitque; uti tanquam suam visens domum eat, portarum claves adulterinas paret; nam veræ ad Hiempsalem referebantur: cæterum, ubi res postularet, se ipsum cum magna manu venturum. Numida mandata brevi conficit, atque, uti doctus erat, noctu Jugurthæ milites introducit. Qui postquam in ædes irrupere, diversi regem quærere, dormientes alios occursantes interficere; scrutari loca abdita, clausa effringere; strepitu et tumultu omnia miscere: quum interim Hiempsal reperitur, occultans se tugurio mulieris ancillæ, quo initio pavidus et ignarus loci perfugerat. Nimidæ caput ejus, uti jussi erant, ad Jugurtham referunt.

psal, que era do mesmo voto; porque nos ultimos tres annos elle Jugurtha por adopção fôra elevado ao throno. Este dito penetrou o coração de Jugurtha mais do que ninguem pensou. Desde esse ponto, insano d'ira e temor, não cessou de imaginar e urdir o laço, em que pudesse colher Hiempsal. Mas como isto hia mais de vagar, e o animo feroz lhe não soffria demora, determinou, fosse o modo qual fosse, effeituar a empresa.

Na primeira conferencia, que os régulos, como disse, fizerão, por causa de dissensão assentárão em dividir os thesouros e marcar a cada um as raias do seu imperio. Para uma e outra cousa se determinou tempo, devendo preceder a distribuição dos dinheiros. Entre tanto cada um dos régulos foi para seu logar proximo aos thesouros. Acaso Hiempsal na cidade de Thirmida se servia da casa d'um, que era primeiro lictor de Jugurtha, e sempre lhe fôra acceito e caro. Jugurtha, deparando-lhe a fortuna tão bom mini-tro, o carrega de promessas e o impelle a que, indo como a visitar a sua casa, faça umas chaves falsas das portas da cidade; porque as verdadeiras erão todas as noites entregues a Hiempsal: que depois, quando a occasião o pedisse, elle mesmo iria com um bom destacamento. Em breve o Numida executa o mandado, e, como lhe fôra dito, introduz de noite os soldados de Jugurtha. Estes, forçando a casa, dispersos procurão o rei, matão os que dormem, e os que resistem, revistão os escondrijos, arrombão as portas, com o estrepito e tumulto põem tudo em confusão; até que vão dar com

Cæterum fama tanti facinoris per omnem Africam brevi divulgatur; Adherbalem omnesque, qui sub imperio Micipsæ fuerant, metus invadit. In duas partes discedunt Numidæ; plures Adherbalem sequuntur, sed illum alterum bello meliores. Igitur Jugurtha quam maximas potest copias armat; urbes partim vi, alias voluntate imperio suo adjungit; omni Numidiæ imperare parat. Adherbal, tametsi Romam legatos miserat, qui senatum docerent de cæde fratris et fortunis suis; tamen fretus multitudine militum, parabat armis contendere. Sed ubi res ad certamen venit, victus ex prælio profugit in provinciam, ac deinde Romam contendit.

Tum Jugurtha, patratis consiliis, postquam omni Numidia potiebatur, in otio facinus suum cum animo reputans, timere populum Romanum, neque adversus iram ejus usquam, nisi in avaritia nobilitatis et pecunia sua, spem habere. Itaque paucis diebus cum auro et argento multo Romam legatos mittit, quis præcipit, uti primum veteres amicos muneribus expleant; deinde novos acquirant; postremo, quæcumque possint largiendo parare, ne cunctentur. Sed ubi Romam legati venere, et, ex præcepto regis, hospitibus aliisque, quorum ea tempestate in senatu auctoritas pollebat, magna munera misere; tanta commutatio

Hiempsal, escondido no tugurio d'uma escrava, onde logo no principio, pavido e sem saber onde estava, se tinha acolhido. Os Numidas, como lhes fôra ordenado, levárão a sua cabeça a Jugurtha.

A fama de tamanho attentado em breve se espalhou por toda a Africa; Adherbal, e os antigos vassallos de Micipsa se aterrão. Divivem-se os Numidas em dous partidos; segue o maior numero a Adherbal, a Jugurtha os mais guerreiros. Este arma quantas forças póde, attrahe a si muitas cidades, umas por força, outras por vontade, e se propõe a governar toda a Numidia. Adherbal, posto que tivesse mandado a Roma embaixadores a participar ao senado o assassinio do irmão e o seu estado; comtudo, fiado na multidão dos soldados, se dispõe a combater. Mas logo que vierão ás mãos, vencido, fugio da batalha para a nossa provincia, donde se dirigio a Roma.

Jugurtha emfim, logrados os seus intentos, depois que se vio senhor de toda a Numidia, reflectindo no seu crime a sangue frio, começou a temer o povo Romano, e contra a sua ira não tinha em que esperar, a não ser a avareza dos nobres e os seus thesouros. Assim dentro em poucos dias mandou embaixadores a Roma com muito ouro e prata, ordenando-lhes que primeiro peitassem com mão larga os seus velhos amigos; depois lhe adquirissem novos; e emfim comprassem tudo, sem olhar a dinheiro. Logo que chegárão a Roma, e, segundo as instrucções do rei, aos seus hospedes, e a todos os que tinhão mais influencia no

incessit, ut ex maxima invidia in gratiam et favorem nobilitatis Jugurtha veniret. Quorum pars spe, alii præmio inducti, singulos ex senatu ambiendo, nitebantur, ne gravius in eum consuleretur. Igitur, ubi legati satis confidunt, die constituto senatus utrisque datur. Tum Adherbalem hoc modo locutum accepimus :

Patres conscripti, Micipsa pater meus moriens mihi præcepit, uti regni Numidiæ tantummodo procurationem existimarem meam, cæterum jus et imperium ejus penes vos esse; simul eniterer, domi militiæque quam maximo usui esse populo Romano; vos mihi cognatorum, vos in affinium locum ducerem : si ea fecissem, in vestra amicitia exercitum, divitias, munimenta regni me habiturum. Quæ quum præcepta parentis mei agitarem, Jugurtha, homo omnium, quos terra sustinet, sceleratissimus, contempto imperio vestro, Masinissæ me nepotem, et jam ab stirpe socium et amicum populi Romani, regno fortunisque omnibus expulit. Atque ego, Patres conscripti, quoniam eo miseriarum venturus eram, vellem potius ob mea, quam ob majorum meorum beneficia posse me a vobis auxilium petere; ac maxime deberi mihi beneficia a populo Romano, quibus non egerem; secundum ea, si desideranda erant, uti debitis uterer. Sed quoniam parum tuta per se ipsa probitas est, neque mihi in manu fuit, Jugurtha qualis foret; ad vos confugi, Patres conscripti, quibus, quod mihi miserrimum est, cogor prius oneri, quam usui esse.

senado fizerão grandes presentes; foi tal a mudança, que da maior aversão passou Jugurtha á graça e favor dos nobres: dos quaes uns induzidos pelo esperado premio, outros pelo recebido, subornando a cada um dos senadores, se empenhavão em que se não decidisse contra elle com rigor. Quando os embaixadores julgárão a cousa segura, o senado em dia assignalado deo audiencia a uns e outros. Então Adherbal dizem que assim fallára:

« Padres conscriptos, Micipsa meu pai, morrendo, me determinou, que me considerasse como um simples administrador do reino da Numidia, porque a propriedade e soberania era vossa; que na paz e na guerra me empenhasse com todas as minhas forças em servir o povo Romano, e vos olhasse como parentes meus e amigos; se assim fizesse, na vossa amizade encontraria exercitos, riquezas, todos os apoios do throno. Quando eu me dispunha a cumprir os preceitos de meu pai, por Jugurtha, o mais scelerado homem, que a terra sustenta, com desprezo do vosso poder, eu neto de Masinissa, e já por ascendencia alliado e amigo do povo Romano, fui despojado do reino e de toda a minha fortuna. Bem quizera eu, padres conscriptos, pois a tal desgraça tinha de chegar, poder mais pelos meus serviços, que pelos de meus avós implorar-vos auxilio; ou antes, que o povo Romano me devesse favores, de que eu não carecesse; e quando os precisasse, utilizar-me daquillo, que, á vista delles, se me devesse. Mas, pois que a probidade por si só não está segura, e em minha mão não esteve impedir que Jugurtha fosse, qual

« Cæteri reges, aut bello victi in amicitiam a vobis recepti sunt, aut in suis dubiis rebus societatem vestram appetiverunt. Familia nostra cum populo Romano bello Carthaginiensi amicitiam instituit; quo tempore magis fides ejus, quam fortuna petenda erat. Quorum progeniem vos, Patres conscripti, nolite pati me, nepotem Masinissæ, frustra a vobis auxilium petere. Si ad impetrandum nihil causæ haberem, præter miserandam fortunam, quod paulo ante rex, genere, fama atque copiis potens, nunc deformatus ærumnis, inops, alienas opes exspecto; tamen erat majestatis Romani populi, prohibere injuriam, neque pati cujusquam regnum per scelus crescere. Verum ego his finibus ejectus sum, quos majoribus meis populus Romanus dedit, unde pater et avus meus una vobiscum expulere Syphacem et Carthaginienses. Vestra beneficia mihi erepta sunt, Patres conscripti; vos in mea injuria despecti estis.

« Eheu me miserum! Huccine, Micipsa pater, beneficia tua evasere, ut quem tu parem cum liberis tuis, regnique participem fecisti, is potissimum stirpis tuæ exstinctor sit? Numquamne ergo familia nostra quieta erit? Semperne in sanguine, ferro, fuga versabimur? Dum Carthaginienses incolumes fuere, jure omnia sæva pa-

foi para comsigo, vim valer-me de vós, padres conscriptos, a quem, para maior desgraça minha, sou constrangido a ser pesado, antes de haver sido util.

« Os outros reis, ou depois de vencidos, fôrão admittidos á vossa alliança, ou vacillantes no throno a procurárão. A nossa familia instituio amizade com o povo Romano na guerra Carthagineza, tempo, em que a vossa probidade era mais para invejar, que a vossa fortuna. Não consintais, padres conscriptos, que um descendente desses mesmos homens, um neto de Masinissa de balde vos implore auxilio. Quando para o obter outro titulo eu não tivesse, mais que a minha desgraça, porque ha pouco nobre, illustre, poderoso rei, agora desfigurado pelas miserias, pobre, mendigo estranho soccorro, era da magestade do povo Romano prohibir injustiças, e não soffrer que alguem augmente o reino por crimes. Eu porém sou lançado daquelles mesmos limites, que o povo Romano concedeo aos meus maiores, donde meu pai e avô, juntamente comvosco, expulsárão Syphax e os Carthaginezes. Os vossos dons me são roubados, padres conscriptos; vós na minha injuria sois insultados.

« Ai de mim infeliz! A tanto, ó Micipsa meu pai, chegárão teus beneficios, para que esse, a quem com os proprios filhos déste igual parte no throno, fosse o principal destructor da tua estirpe? Nunca terá socego a nossa familia? Andaremos sempre em sangue, em ferro, em fuga? Em quanto existírão os Carthaginezes, com razão soffriamos todos

tiebamur. Hostes ab latere, vos amici procul, spes omnis in armis erat. Postquam illa pestis ex Africa ejecta est, læti pacem agitabamus; quippe quis hostis nullus erat, nisi forte quem vos jussissetis. Ecce autem ex improviso Jugurtha, intoleranda audacia, scelere atque superbia sese efferens, fratre meo, atque eodem propinquo suo interfecto, primum regnum ejus sceleris sui prædam fecit. Post, ubi me iisdem dolis nequit capere, nihil minus quam vim aut bellum exspectantem in imperio vestro, sicuti videtis, extorrem patria, domo, inopem et coopertum miseriis effecit, ut ubivis tutius, quam in meo regno essem.

« Ego sic existimabam, Patres conscripti, uti prædicantem audiveram patrem meum, qui vestram amicitiam diligenter colerent, eos multum laborem suscipere; cæterum ex omnibus maxime tutos esse. Quod in familia nostra fuit, præstitit uti in omnibus bellis adesset vobis; nos uti per otium tuti simus, in manu vestra est, Patres conscripti. Pater nos duos fratres reliquit; tertium, Jugurtham, beneficiis suis ratus est nobis conjunctum fore. Alter eorum necatus est, alterius ipse ego manus impias vix effugi. Quid agam? aut quo potissimum infelix accedam? Generis præsidia omnia exstincta sunt: pater, uti necesse erat, naturæ concessit; fratri, quem minime decuit, propinquus per scelus vitam eripuit; affines, amicos, propinquos cæteros meos, alium alia clades oppressit; capti ab Jugurtha, pars in

os incommodos. Os inimigos ao lado, vós, amigos, tão longe, nas armas estava toda a nossa esperança. Depois que da Africa foi desterrada aquella peste, ledos viviamos em paz, sem ter outro inimigo, senão aquelle, que vós nos designasseis. Eis que de repente Jugurtha furibundo, com uma audacia, uma soberba, uma perversidade intoleravel, assassinando meu irmão, parente seu, do reino deste fez logo presa da sua maldade. Depois, não me podendo colher no mesmo laço, quando naquelle vosso imperio de nada me receava menos, que de violencia ou guerra, expulso da patria, do meu lar, pobre e coberto de miserias, qual me vedes, me reduzio ao ponto de estar em qualquer parte mais seguro, que no proprio reino.

« Cuidava eu, padres conscriptos, como a meu pai ouvi dizer, que os que desveladamente cultivassem a vossa amizade, soffrerião, sim, grandes incommodos; mas de ninguem tinhão que recear. A minha familia, para vos auxiliar em todas as guerras excedeo as suas forças; que na paz vivamos seguros está na vossa mão, padres conscriptos. Meu pai deixou-nos a nós os dous irmãos; e a Jugurtha, como terceiro, julgando, que pelos seus beneficios nos seria sempre unido. Um foi morto por elle; eu ás suas impias mãos pude escapar apenas. Que farei? Ou para quem me chegarei infeliz? Todos os esteios da minha familia se extinguírão; meu pai, como era forçoso, cedeo á natureza; meu irmão sceleradamente foi morto por um parente, de quem menos se devia esperar; affins, amigos, quantos me erão conjunctos, cada

crucem acti, pars bestiis objecti sunt; pauci, quibus relicta est anima, clausi in tenebris, cum mœrore et luctu, morte graviorem vitam exigunt.

« Si omnia, quæ aut amisi, aut ex necessariis adversa facta sunt, incolumia manerent; tamen, si quid ex improviso mali accidisset, vos implorarem, Patres conscripti, quibus pro magnitudine imperii, jus et injurias omnes curæ esse decet. Nunc vero exsul patria, domo, solus atque omnium honestarum rerum egens, quo accedam, aut quos appellem? nationesne, an reges, qui omnes familiæ nostræ ob vestram amicitiam infesti sunt? An quoquam mihi adire licet, ubi non majorum meorum hostilia monumenta plurima sint? aut quisquam nostri misereri potest, qui aliquando vobis hostis fuit?

« Postremo Masinissa nos ita instituit, Patres conscripti, ne quem coleremus, nisi populum Romanum; ne societates, ne fœdera nova acciperemus : abunde magna præsidia nobis in vestra amicitia fore; si huic imperio fortuna mutaretur, una occidendum nobis esse. Virtute ac diis volentibus magni estis et opulenti; omnia secunda et obedientia sunt; quo facilius sociorum injurias curare licet. Tantum illud vereor, ne quos privata amicitia Jugurthæ, parum cognita, transversos agat; quos ego audio maxima ope niti, ambire, fatigare vos singulos, ne quid de absente, incognita causa, statuatis : fingere me verba,

qual soffreo seu genero de morte : cahidos nas mãos de Jugurtha, uns fôrão crucificados, outros lançados ás feras, e os poucos, que por mercê inda respirão, arrastão em tristeza e lucto uma vida peor, que a morte.

« Se porém tudo, o que perdi, ou de favoravel se me tornou contrario, permanecesse intacto; todavia, se algum subito desastre me sobreviesse, a vós recorrêra, padres conscriptos, a quem, pela grandeza do imperio, pertence velar sobre a innocencia e o crime. Agora desterrado da minha casa e patria, só, e reduzido a ultima indigencia, a quem me chegarei, a quem hei de invocar? As nações, ou os reis, que da minha familia, por causa d'amizade comvosco, são todos capitaes inimigos? Acaso posso ir a alguma parte, onde a cada passo se não encontrem monumentos hostis de meus antepassados? Ou compadecer-se-ha de mim quem foi já vosso inimigo?

Emfim, padres conscriptos, Masinissa nos determinou, que não obsequiassemos senão o povo Romano; que não acceitassemos allianças, nem tratados novos; pois na vossa amizade tinhamos sobejo amparo; e quando se mudasse a fortuna deste imperio, com elle perecessemos. Pela vossa virtude, e protecção dos deoses grandes sois e potentes; tudo vos ajuda e obedece; tanto melhor podeis vingar as injurias dos alliados. Só receio, que a particular amizade de Jugurtha, bem mal conhecida, desencaminhe alguns; pois ouço que com todo empenho forcejão, intrigão, importunão a cada um de vós, para que nada resolvais

et fugam simulare, cui licuerit in regno manere. Quod utinam illum, cujus impio facinore in has miserias projectus sum, eadem hæc simulantem videam! et aliquando aut apud vos, aut apud deos immortales rerum humanarum cura oriatur! ut ille, qui nunc sceleribus suis ferox atque præclarus est, omnibus malis excruciatus, impietatis in parentem nostrum, fratris mei necis, mearumque miseriarum graves pœnas reddat.

« Jam jam frater animo meo carissime, quamquam tibi immaturo, et unde minime decuit, vita erepta est; tamen lætandum magis, quam dolendum puto casum tuum. Non enim regnum, sed fugam, exsilium, egestatem et omnes has, quæ me præmunt, ærumnas cum anima simul amisisti. At ego infelix, in tanta mala præcipitatus ex patrio regno, rerum humanarum spectaculum præbeo; incertus quid agam, tuasne injurias persequar, ipse auxilii egens, an regno consulam, cujus vitæ necisque potestas ex opibus alienis pendet? Utinam emori fortunis meis honestus exitus esset, neu vivere contemptus viderer, si, defessus malis, injuriæ concessissem. Nunc neque vivere libet, neque mori licet sine dedecore. Patres conscripti, per vos, per liberos atque parentes vestros, per majestatem populi Romani, subvenite mihi misero! ite obviam injuriæ! nolite pati, regnum Numidiæ, quod vestrum est, per scelus et sanguinem familiæ nostræ tabescere! »

a respeito d'um ausente, sem conhecimento de causa : que dizem, invento contos, simulo fuga, podendo permanecer no reino. Praza aos ceos, que eu veja igual fingimento nesse, cujo impio attentado me precipitou nestas miserias! e um dia ou vós, ou os deoses immortaes olhem pelas cousas humanas! para que esse, que de suas maldades agora anda soberbo e triunfante, atormentado por todos os males, da impiedade para com meu pai, da morte de meu irmão e das minhas calamidades tenha o justo castigo.

« O' querido irmão da minha alma, ainda que immaturamente, e por quem menos o devêra, a vida te foi tirada; eu comtudo julgo a tua morte mais para alegrar, que sentir. Pois com a vida tu não perdeste o reino; mas a fuga, o desterro, a indigencia, e todas as desgraças, que me opprimem. Eu infeliz, do patrio solio precipitado em tantos males, offereço um triste espectaculo das humanas vicissitudes : que fazer deva não sei; vingar as tuas injurias, carecendo eu mesmo d' auxilio? ou lembrar-me do throno, quando a minha vida, e a minha morte pendem do poder de outrem? Oh fosse ao menos a morte honroso fim aos meus infortunios! Ou não parecesse com razão desprezivel, se cansado de tantos males, eu dissimulasse a injuria! Mas nem viver, nem morrer sem deshonra posso. Padres conscriptos, por vós, por vossos filhos, por vossos parentes, pela magestade do povo Romano, soccorrei um infeliz, obstai á injustiça, não consintais que o reino da Numidia, que he vosso, seja manchado pelo crime, e pelo sangue da nossa familia.

Postquam rex finem loquendi fecit, legati Jugurthæ, largitione magis quam causa freti, paucis respondent : « Hiempsalem ob sævitiam suam ab Numidis interfectum; Adherbalem ultro bellum inferentem, postquam superatus sit, queri, quod injuriam facere nequivisset. Jugurtham ab senatu petere, ne se alium putarent, ac Numantiæ cognitus esset; neu verba inimici ante facta sua ponerent. » Deinde utrique curia egrediuntur. Senatus statim consulitur. Fautores legatorum, præterea senatus magna pars, gratia depravata, Adherbalis dicta contemnere, Jugurthæ virtutem extollere laudibus; gratia, voce, denique omnibus modis pro alieno scelere et flagitio, sua quasi pro gloria, nitebantur. At contra pauci, quibus bonum et æquum divitiis carius erat, subveniendum Adherbali, et Hiempsalis mortem severe vindicandam censebant; sed ex omnibus maxime Æmilius Scaurus, homo nobilis, impiger, factiosus, avidus potentiæ, honoris, divitiarum, cæterum vitia sua callide occultans. Is postquam videt regis largitionem famosam impudentemque; veritus, quod in tali re fieri solet, ne polluta licentia invidiam accenderet, animum a consueta libidine continuit.

Vicit tamen in senatu pars illa, quæ vero pretium aut gratiam anteferebat. Decretum fit, uti decem legati regnum, quod Micipsa obtinuerat,

Quando o rei acabou de fallar, os embaixadores de Jugurtha, fiados mais nos presentes, que na causa, em poucas palavras respondem : « Que Hiempsal em razão da sua crueldade fôra morto pelos Numidas; Adherbal, tendo provocado a guerra, e ficado vencido, se queixava, porque não pudéra levar avante a violencia : que Jugurtha pedia ao senado, que o não julgasse diverso daquelle, que em Numancia se mostrára, e não tivesse em mais as palavras de um inimigo, que as suas acções. » Depois sahem todos da sala. O senado passa a deliberar. Os patronos dos embaixadores, e grande parte dos membros, deslumbrada pela amizade, desprezando as razões de Adherbal, exaltão ás nuvens a virtude de Jugurtha; com empenhos, com discursos, por todos os modos emfim combatem pelo crime e perversidade alheia, como pela propria gloria. Pelo contrario os poucos, a quem o justo e honesto era mais precioso, que o ouro, opinavão se devia soccorrer Adherbal, e severamente vingar a morte de Hiempsal; entre todos com especialidade Emilio Scauro, homem nobre, energico, faccioso, ávido de honras e riquezas, mas mui ladino em mascarar seus vicios. Tendo visto a notoria e descarada prodigalidade do rei, e temendo que tão vil desaforo, como em casos taes costuma succeder, accendesse a indignação pública, resistio por esta vez á sua costumada cubiça.

Venceo comtudo no senado aquelle partido, que á justiça antepunha o ouro e a amizade. Decretouse, que dez deputados fossem dividir entre Ju-

inter Jugurtham et Adherbalem dividerent. Cujus legationis princeps fuit L. Opimius, homo clarus, et tum in senatu potens, quia consul, C. Graccho et M. Fulvio Flacco interfectis, acerrime victoriam nobilitatis in plebem exercuerat. Eum Jugurtha tametsi Romæ in amicis habuerat, tamen accuratissime recepit; dando et pollicendo multa perfecit, uti famæ, fidei, postremo omnibus suis rebus commodum regis anteferret. Reliquos legatos eadem via aggressus, plerosque capit; paucis carior fides, quam pecunia fuit. In divisione, quæ pars Numidiæ Mauritaniam attingit, agro virisque opulentior, Jugurthæ traditur; illam alteram specie quam usu potiorem, quæ portuosior et ædificiis magis exornata erat, Adherbal possedit.

Res postulare videtur Africæ situm paucis exponere, et eas gentes, quibuscum nobis bellum aut amicitia fuit, attingere. Sed quæ loca et nationes, ob calorem aut asperitatem, item solitudines, minus frequentata sunt, de iis haud facile compertum narraverim; cætera quam paucissimis absolvam.

In divisione orbis terræ plerique in parte tertia Africam posuere; pauci tantummodo Asiam et Europam esse, sed Africam in Europa. Ea fines habet ab occidente fretum nostri maris et Oceani; ab ortu solis declivem latitudinem, quem locum Catabathmon incolæ appellant. Mare sævum, importuosum; ager frugum fertilis, bonus

gurtha e Adherbal o reino, que obtivera Micipsa. Foi presidente desta deputação Lucio Opimio, homem illustre e poderoso então no senado, porque sendo consul, mortos C. Gracchoe M. Fulvio, ferozmente exercêra a victoria dos nobres sobre o povo. Jugurtha, não obstante já em Roma o contar entre os seus amigos, o hospedou com todo o esmero; e dando-lhe e promettendo muito, conseguio delle, que á fama, á probidade, a todos os seus verdadeiros interesses preferisse a conveniencia do rei. Pela mesma via atacando depois os outros deputados, captivou os mais delles; poucos tiverão em mais a honra, que o dinheiro. Na divisão, aquella parte da Numidia, que pega com a Mauritania, mais fertil e povoada, foi intregue a Jugurtha: ficou Adherbal com a outra, que mais portuosa, e ornada de grandes edificios, era melhor na apparencia, que na realidade.

O assumpto parece pedir que eu exponha em poucas palavras a situação da Africa e as gentes, com quem tivemos amizade ou guerra. Dos logares e povos, que em razão do calor, ou da sua aspereza são menos frequentados, assim como dos desertos, mal poderia dar noticia exacta: dos mais a darei brevissima.

Na divisão do globo os mais dos geographos puzerão a Africa na terceira parte; alguns querem que só haja Europa e Asia, na Europa comprehendendo a Africa. Esta confina ao poente com o estreito entre o nosso mar e o oceano; ao nascente com a declive extensão, que os naturaes chamão Catabathmos. O seu mar he bravo, e de poucos

pecori, arbori infecundus; cœlo terraque penuria aquarum. Genus hominum salubri corpore, velox, patiens laborum; plerosque senectus dissolvit, nisi qui ferro aut bestiis interiere. Nam morbus haud sæpe quemquam superat. Ad hoc malefici generis plurima animalia.

Sed qui mortales initio Africam habuerint, quique postea accesserint, aut quomodo inter se permixti sint, quamquam ab ea fama, quæ plerosque obtinet, diversum est; tamen, uti ex libris Punicis, qui regis Hiempsalis dicebantur, interpretatum nobis est, utique rem sese habere cultores ejus terræ putant, quam paucissimis dicam. Cæterum fides ejus rei penes auctores erit. Africam initio habuere Gætuli et Libyes, asperi, inculti, quis cibus erat caro ferina atque humi pabulum, uti pecoribus. Hi neque moribus, neque lege, aut imperio cujusquam regebantur; vagi, palantes, quas nox coegerat, sedes habebant.

Sed postquam in Hispania Hercules, sicuti Afri putant, interiit, exercitus ejus, compositus ex variis gentibus, amisso duce, ac passim multis, sibi quisque, imperium petentibus, brevi dilabitur. Ex eo numero Medi, Persæ et Armenii, navibus in Africam transvecti, proximos nostro mari locos occupavere. Sed Persæ intra Oceanum magis; iique alveos navium inversos pro tuguriis habuere, quia neque materia in agris, neque ab Hispanis emendi, aut mutandi copia erat. Mare magnum et ignara lingua commercia prohibebant.

portos; o terreno fertil em grãos, bom para gados, em arvores esteril; falto de fontes e chuvas. Os homens sadios, velozes, aturadores de trabalho; e os mais delles, se o ferro, ou as feras os não matão, a velhice os consome. He raro o que morre de doença. Mas abundão ali os animaes ferozes.

Quaes fôrão os primeiros habitantes da Africa, os povos, que depois chegárão, e por que modo se confundírão; bem que nisto me afaste da fama, por quasi todos seguida, encostando-me comtudo ao que entendi d'uns livros Punicos, que se dizia terem sido do rei Hiempsal, e á tradição dos naturaes da terra, direi em mui poucas palavras. Corra porém a fé por conta de seus auctores. Os primitivos habitantes da Africa fôrão os Getulos e Libyos, povos rudes, e incultos, que de carne ferina, e hervas do campo, como brutos, vivião. Nem por costumes, nem por lei, ou arbitrio d'alguem se governavão: errantes e dispersos, onde os apanhava a noite, armavão as suas choupanas.

Mas depois que, segundo crem os Africanos, Hercules na Hespanha morreo, o seu exercito composto de varias gentes, perdido o chefe, e pertendendo muitos a um tempo, cada um para si, o commando, em breve se dispersou. Deste numero os Medos, Persas e Armenios, navegando para Africa, occupárão as vizinhanças do nosso mar. Os Persas carregárão mais para o oceano, e, por falta de casas, se alojárão nos bojos das embarcações viradas; porque nem materiaes havia no paiz, nem por compra, ou troca os podião haver dos

Hi paulatim per connubia Gætulos secum miscuerè; et quia, sæpe tentantes agros, alia, deinde alia, loca petiverant, semet ipsi Numidas appellavere. Cæterum adhuc ædificia Numidarum agrestium, quæ mapalia illi vocant, oblonga, incurvis lateribus tecta, quasi naviuni carinæ sunt.

Medis autem et Armeniis accessere Libyes. Nam hi propius mare Africum agitabant; Gætuli sub sole magis, haud procul ab ardoribus. Hique mature oppida habuere; nam freto divisi ab Hispania mutare res inter se instituerant. Nomen eorum paulatim Libyes corrupere, barbara lingua Mauros, pro Medis, appellantes. Sed res Persarum brevi adolevit; ac postea, nomine Numidæ propter multitudinem a parentibus digressi, possedere ea loca, quæ proxime Carthaginem Numidia appellatur. Deinde utrique aut alteris freti, finitimos armis aut metu sub imperium suum coegere, nomen gloriamque sibi addidere; magis hi, qui ad nostrum mare processerant, quia Libyes, quam Gætuli, minus bellicosi. Denique Africæ pars inferior pleraque ab Numidis possessa est; victi omnes in gentem nomenque imperantium concessere. Postea Phœnices, alii multitudinis domi minuendæ gratia, pars imperii cupidine, sollicitata plebe et aliis novarum rerum avidis, Hipponem, Hadrumetum, Leptim aliasque urbes in ora maritima condidere; eæque brevi multum auctæ, pars originibus suis præsidio, aliæ

Hespanhoes. O largo mar e a ignorancia da lingua impedião o commercio. Pouco a pouco se fôrão por casamentos misturando com os Getulos; e, como para reconhecer o paiz muitas vezes mudavão d'uns para outros sitios, elles mesmos se chamárão *Numidas*. E ainda as casas dos camponezes Numidas, a que elles dão o nome de *mapalias*, oblongas, com os tectos curvos dos lados, parecem quilhas de naos.

Aos Medos e Armenios se juntárão os Libyos, por ficarem mais perto do mar Africano; os Getulos mais debaixo do sol, quasi onde elle he mais ardente. Estes em breve edificárão cidades; porque separados da Hespanha pelo estreito, facilmente estabelecêrão commercio entre si. Os Libyos pouco a pouco lhes corrompêrão o nome, chamando-lhes em lingua barbara *Mauros*, em logar de *Medos*. Em breve cresceo o poder dos Persas: e, em razão da muita população separando-se das suas familias, com o nome de Numidas, occupárão o terreno proximo a Carthago, que hoje se chama Numidia. Depois ambos os povos, ou separados, ou apoiando-se mutuamente, com as armas, ou com o medo submettêrão ao seu imperio os vizinhos, e crescêrão em fama e gloria; aquelles principalmente, que avançárão mais para o nosso mar; porque os Libyos erão menos bellicosos, que os Getulos. Emfim quasi toda a Africa inferior cahio em poder dos Numidas; e todos os vencidos formárão com os vencedores um povo, e delles recebêrão o nome. Os Phenicios depois, uns para alliviar da multidão o terreno, ou-

decori fuere. Nam de Carthagine silere melius puto, quam parum dicere; quoniam alio properare tempus monet.

Igitur ad Catabathmon, qui locus Ægyptum ab Africa dividit, secundo mari, prima Cyrene est, colonia Thereon, ac deinceps duæ Syrtes, interque eas Leptis; deinde Philenon aræ, quem locum, Ægyptum versus, finem imperii habuere Carthaginienses; post aliæ Punicæ urbes. Cætera loca usque ad Mauritaniam Numidæ tenent. Proxime Hispaniam Mauri sunt. Super Numidiam Gætulos accepimus partim in tuguriis, alios inculitius vagos agitare; post eos Æthiopes esse; dein loca exusta solis ardoribus.

Igitur bello Jugurthino pleraque ex Punicis oppida et fines Carthaginiensium, quos novissime habuerant, populus Romanus per magistratus administrabat; Gætulorum magna pars, et Numidæ usque ad flumen Mulucham, sub Jugurtha erant; Mauris omnibus rex Bocchus imperitabat, præter nomen, cætera ignarus populi Romani, itemque nobis neque bello, neque pace antea cognitus. De Africa et ejus incolis ad necessitudinem rei satis dictum.

Postquam, diviso regno, legati Africa decessere, et Jugurtha contra timorem animi præmia sceleris adeptum sese videt; certum esse ratus,

tros por ambição d'imperio, sollicitando a plebe, e alguns desejosos de mudança, fôrão fundar na costa maritima Hippone, Hadrumeto, Leptis e outras cidades, que, em breve augmentadas, umas servírão de apoio, outras de lustre á metropole. De Carthago, pois o tempo me chama ao assumpto, julgo melhor calar, que dizer pouco.

Para o Catabathmos, que da Africa divide o Egypto, a primeira cidade, na beira-mar, he Cyrene, colonia dos Thereos; logo as duas Syrtes, entre estas Leptis; mais além as aras Philenas, onde, para o Egypto, findava o territorio Carthaginez; depois outras cidades Punicas. Os Numidas possuem o resto do paiz até á Mauritania. Perto da Hespanha estão os Mouros. Além da Numidia dizem, que vivem os Getulos, uns em tugurios, outros, com menos civilização, errantes; seguem-se logo os Ethiopes; depois as regiões queimadas pelos ardores do sol.

Ao tempo da guerra Jugurthina, o povo Romano governava por seus magistrados as mais das cidades Punicas, e as ultimas conquistas dos Carthaginezes; grande parte dos Getulos, e os Numidas até ao rio Mulucha obedecião a Jugurtha; todos os Mouros ao rei Boccho, que tudo, excepto o nome, ignorava do povo Romano, e de nós tambem nem por amigo, nem por inimigo era conhecido. Da Africa e seus habitantes disse quanto exigia o assumpto.

Depois que, dividido o reino, sahírão da Africa os deputados, e Jugurtha, contra os seus receios, se vio desfructando os premios do seu crime; cren-

quod ex amicis apud Numantiam acceperat, omnia Romæ venalia esse, simul et illorum pollicitationibus accensus, quos paulo ante muneribus expleverat, in regnum Adherbalis animum intendit. Ipse acer, bellicosus; at is, quem petebat, quietus, imbellis, placido ingenio, opportunus injuriæ, metuens magis quam metuendus. Igitur ex improviso fines ejus cum magna manu invadit; multos mortales cum pecore atque alia præda capit, ædificia incendit, pleraque loca hostiliter cum equitatu accedit. Deinde cum omni multitudine in regnum suum convertit, existimans dolore permotum Adherbalem injurias suas manu vindicaturum, eamque rem belli causam fore.

At ille, quod neque se parem armis existimabat, et amicitia populi Romani magis quam Numidis fretus erat, legatos ad Jugurtham de injuriis questum misit. Qui tametsi contumeliosa dicta retulerant, prius tamen omnia pati decrevit, quam bellum sumere; quia tentatum antea, secus cesserat. Neque eo magis cupido Jugurthæ minuebatur; quippe qui totum ejus regnum animo jam invaserat. Itaque non, uti antea, cum prædatoria manu, sed magno exercitu comparato bellum gerere cœpit, et aperte totius Numidiæ imperium petere. Cæterum, qua pergebat, urbes, agros vastare, prædas agere; suis animum, hostibus terrorem augere.

Adherbal ubi intelligit, eo processum, uti regnum aut relinquendum esset, aut armis retinen-

do por certo, como em Numancia lhe disserão seus amigos, que em Roma tudo se vendia, e ao mesmo tempo acceso pelas promessas daquelles, que pouco antes comprára, voltou as vistas para o reino d'Adherbal. Elle activo, e guerreiro; socegado, imbelle, de genio docil o outro, a quem atacava. Assim, de repente com grandes forças lhe invade os limites, captiva muita gente com seus gados e riquezas. Depois com toda a multidão se recolhe ao seu reino, julgando, que, movido pelo resentimento, Adherbal com mão armada viria vingar a injuria, e isso lhe daria pretexto á guerra.

Mas elle, que se conhecia desigual em armas, e se fiava mais na amizade dos Romanos, que nos seus Numidas, mandou a Jugurtha embaixadores a queixar-se da violencia. Voltárão estes com affrontosa resposta; mas a pezar disso, quiz antes soffrer tudo, que emprehender a guerra; porque, tendo-a já tentado, se não sahíra bem. Nem com isto se mitigou a cubiça de Jugurtha; como quem já na mente lhe tinha usurpado o reino inteiro. Assim, começou a fazer-lhe guerra, não como d'antes, com um bando de salteadores, mas com um forte e bem ordenado exercito, e a pertender sem rebuço o imperio de toda a Numidia. Desde então por onde passava, assolando e roubando campos e cidades, accrescentava animo aos seus, aos inimigos terror.

Adherbal, vendo-se reduzido, ou a deixar o reino, ou a conservá-lo com as armas, aprompta

dum; necessario copias parat, et Jugurthæ obvius procedit. Interim haud longe a mari, prope Cirtam oppidum, utriusque exercitus consedit; et, quia diei extremum erat, prælium non inceptum. Sed ubi plerumque noctis processit, obscuro etiam tum lumine, milites Jugurthini, signo dato, castra hostium invadunt; semisomnos partim, alios arma sumentes fugant funduntque. Adherbal cum paucis equitibus Cirtam profugit; et ni multitudo togatorum fuisset, quæ Numidas insequentes mœnibus prohibuit, uno die inter duos reges cœptum atque patratum bellum foret.

Igitur Jugurtha oppidum circumsedit, vineis turribusque et machinis omnium generum expugnare aggreditur; maxime festinans tempus legatorum antecapere, quos, ante prælium factum, ab Adherbale Romam missos audiverat. Sed postquam senatus de bello eorum accepit, tres adolescentes in Africam legantur, qui ambos reges adeant, senatus populique Romani verbis nuntient: Velle et censere, eos ab armis discedere; de controversiis suis jure potius quam bello disceptare; ita seque illisque dignum esse.

Legati in Africam maturantes veniunt, eo magis quod Romæ, dum proficisci parant, de prælio facto et oppugnatione Cirtæ audiebatur; sed is rumor clemens erat. Quorum Jugurtha accepta oratione respondit: « Sibi neque majus quidquam, neque carius auctoritate senatus esse; ab adolescentia ita se enisum, ut ab optimo quoque probaretur; virtute, non malitia P. Scipioni, summo viro, placuisse; ob easdem artes ab Mi-

por necessidade o exercito, e sahe ao encontro a Jugurtha. Perto de Cirta, não longe do mar, acampão os dous exercitos; e, porque o dia findava, se não começou a acção. Mas sobre a madrugada, escuro ainda, os soldados de Jugurtha, dado o signal, investem os arraiaes dos inimigos, que, mal despertos uns, outros tomando as armas, são rotos e afugentados. Adherbal com poucos cavallos se retirou a Cirta; e, a não ser a multidão dos Romanos, que das muralhas repellio os Numidas, que o seguião, n'um só dia seria começada e concluida uma guerra entre dous reis.

Jugurtha põe cerco á cidade, e com galerias, torres, e toda a especie de maquinas tenta expugna-la, dando-se pressa em prevenir a volta dos embaixadores, que, antes do combate, lhe constava terem sido por Adherbal enviados a Roma. Mal que o senado soube desta guerra, delegou para a Africa tres mancebos a procurar os dous reis e intimar-lhes: « Que o senado e povo Romano querião e mandavão, que, depondo elles as armas, com a razão, e não com o ferro discutissem suas queixas; que assim era digno delles e de Roma. »

Partem os deputados para a Africa, e se apressão mais, porque já em Roma quando se preparavão a partir se fallava do combate e cerco de Cirta, mas era um rumor adoçado. Recebida a sua mensagem, respondeo Jugurtha: « Que nada para elle havia mais respeitavel e caro, que a auctoridade do senado; que desde a sua adolescencia procurára sempre merecer a approvação dos bons; por virtudes, e não baixezas obtivera a estima do grande

cipsa, non penuria liberorum, in regnum adoptatum esse; cæterum quo plura bene atque strenue fecisset, eo animum suum injuriam minus tolerare; Adherbalem dolis vitæ suæ insidiatum; quod ubi comperisset, ejus sceleri obviam isse; populum Romanum neque recte, neque pro bono facturum, si ab jure gentium sese prohibuerit; postremo de omnibus rebus legatos Romam brevi missurum. » Ita utrique digrediuntur. Adherbalis appellandi copia non fuit.

Jugurtha ubi eos Africa decessisse ratus est, neque, propter loci naturam, Cirtam armis expugnare potest; vallo atque fossa mœnia circumdat, turres extruit, easque præsidiis firmat. Præterea dies noctesque, aut per vim, aut dolis tentare; defensoribus mœnium præmia modo, modo formidinem ostentare; suos hortando ad virtutem arrigere; prorsus intentus cuncta parare. Adherbal ubi intelligit omnes suas fortunas in extremo sitas, hostem infestum, auxilii spem nullam, penuria rerum necessariarum bellum trahi non posse; ex his, qui una Cirtam profugerant, duos maxime impigros delegit. Eos, multa pollicendo, ac miserando casum suum, confirmat, uti per hostium munitiones noctu ad proximum mare, dein Romam pergerent.

Numidæ paucis diebus jussa efficiunt. Litteræ Adherbalis in senatu recitatæ, quarum sententia hæc fuit :

« Non mea culpa sæpe ad vos oratum mitto, Pa-

Scipião; pelos seus merecimentos e não por falta de filhos, o adoptára Micipsa herdeiro do throno; mas por isso mesmo que sempre se portára com honra e valor, o seu animo não soffria injurias; que Adherbal atraiçoadamente attentava contra a sua vida; do que sendo avisado, procurára obstar ao crime; e o povo Romano iria contra a razão e justiça, se o prohibisse de usar do direito das gentes; emfim, que em breve mandaria embaixadores ao senado a dar conta de tudo. » Com isto se despedírão. Aos deputados não foi permittido fallar a Adherbal.

Jugurtha quando os suppôz fóra da Africa, e vio que, pela natureza do logar, não podia tomar Cirta de assalto, cerca os muros com um vallo e fôsso, construe torres, e lhes mette guarnição. Depois noite e dia por força, ou com estratagemas não cessa de fazer tentativas; ora promette premios, ora ameaça os defensores; com exhortações anima os seus; em summa, tudo impaciente dispõe. Adherbal, vendo-se no ultimo aperto, o inimigo obstinado, nenhuma esperança de auxilio, e por falta do necessario não podendo prolongar a defensa, dentre os que se refugiárão com elle em Cirta, escolhe dous mais afoutos; e á força de promessas, e de lhes lamentar a sua desgraça, os resolve a ir por meio das fortificações dos inimimos ao mar vizinho, e dali a Roma.

Os Numidas em poucos dias derão conta da commissão. Leo-se no senado uma carta de Adherbal, assim concebida:

« Não he por minha culpa que eu vos impor-

tres conscripti; sed vis Jugurthæ subigit. Quem tanta libido exstinguendi me invasit, ut neque vos, neque deos immortales in animo habeat; sanguinem meum, quam omnia, malit. Itaque quintum jam mensem, socius et amicus populi Romani, armis obsessus teneor; neque mihi Micipsæ patris mei beneficia, neque vestra decreta auxiliantur. Ferro, an fame acrius urgear, incertus sum. Plura de Jugurtha scribere, dehortatur me fortuna mea; etiam antea expertus sum, parum fidei miseris esse. Nisi tamen intelligo, illum supra, quam ego sum, petere, neque simul amicitiam vestram, et regnum meum sperare; utrum gravius existimet, nemini occultum est. Nam initio occidit Hiempsalem fratrem meum; deinde patrio regno me expulit. Quæ sane fuerint nostræ injuriæ, nihil ad vos. Verum nunc regnum vestrum armis tenet; me, quem vos imperatorem Numidis posuistis, clausum obsidet; legatorum verba quanti fecerit, pericula mea declarant. Quid est reliquum, nisi vis vestra, qua moveri possit? Nam ego quidem vellem, et hæc, quæ scribo, et illa quæ antea in senatu questus sum, vana forent potius, quam miseria mea fidem verbis faceret. Sed quoniam eo natus sum, ut Jugurthæ scelerum ostentui essem; non jam mortem, neque ærumnas, tantummodo inimici imperium et cruciatus corporis deprecor. Regno Numidiæ, quod vestrum est, uti libet, consulite; me ex manibus impiis eripite, per majestatem imperii, per amicitiæ fidem! si ulla apud vos memoria remanet avi mei Masinissæ. »

tuno tanto com meus rogos, padres conscriptos: a violencia de Jugurtha me obriga. Tão ancioso está de matar-me, que nem se lhe dá de vós, nem dos deoses immortaes; a tudo antepõe o meu sangue. Assim, alliado e amigo do povo Romano, soffro já o quinto mez de cerco; nem os beneficios de meu pai Micipsa, nem os vossos decretos me valem. Se mais me aperta o ferro, se a fome, não sei. A minha desgraça me dissuade de escrever mais de Jugurtha: não ha muito que experimentei quão pouca fé merecem os infelizes. Só digo, que elle, segundo vejo, aspira a ser mais do que eu, e não espera possuir ao mesmo tempo a vossa amizade e o meu reino; qual das duas cousas prefira, a ninguem he occulto. Por quanto primeiro matou meu irmão Hiempsal; depois me expulsou do patrio reino. He certo que as nossas injurias, quaesquer que sejão, nada tem comvosco. Mas elle agora com mão armada occupa o vosso reino; eu, a quem vós confiastes o governo dos Numidas, estou por elle cercado; o caso, que fez das intimações dos vossos deputados, os meus perigos o dizem. Que resta para o mover, senão a vossa força? Isto, que eu agora escrevo, e aquillo de que já me queixei no senado, antes quizera por certo, fosse falso, que attestar com a minha desgraça a verdade dos meus ditos. Mas, pois que nasci para servir de ludibrio á perversidade de Jugurtha, já vos não peço que me livreis da morte, nem das calamidades, tão sómente do poder de meu inimigo, e dos tormentos do corpo. Do reino da Numidia, que he vosso, fazei o que

His litteris recitatis, fuere, qui exercitum in Africam mittendum censerent, et quamprimum Adherbali subveniendum; de Jugurtha interim uti consuleretur, quoniam legatis non paruisset. Sed ab iisdem illis regis fautoribus summa ope enisum est, ne tale decretum fieret. Ita bonum publicum, ut in plerisque negotiis solet, privata gratia devictum. Legantur tamen in Africam majores natu, nobiles, amplis honoribus usi; in quis fuit M. Scaurus, de quo supra memoravimus, consularis, et tum in senatu princeps. Hi, quod in invidia res erat, simul et ab Numidis obsecrati, triduo navim adscendere; dein brevi Uticam appulsi litteras ad Jugurtham mittunt: quam ocissime ad provinciam accedat; seque ad eum ab senatu missos.

Ille ubi accepit, homines claros, quorum auctoritatem Romæ pollere audiverat, contra inceptum suum venisse; primo commotus, metu atque libidine diversus agitabatur. Timebat iram senatus, ni paruisset legatis; porro animus cupidine cæcus ad inceptum scelus rapiebatur. Vicit tamen in avido ingenio pravum consilium. Igitur, exercitu circumdato, summa vi Cirtam irrumpere nititur, maxime sperans, diducta manu hostium, aut vi aut dolis sese casum victoriæ inventurum.

vos parecer; mas salvai-me daquellas impias mãos, pela magestade do imperio, pela fé da nossa amizade! se conservais alguma lembrança de meu avô Masinissa. »

Lida esta carta, opinárão alguns, que se devia mandar um exercito á Africa, e soccorrer Adherbal quanto antes; e se deliberasse entretanto á cerca de Jugurtha, por não obedecer aos deputados. Mas aquelles mesmos fautores do rei com todas as forças se oppuzérão a que tal se decretasse. Assim, o bem publico foi, como as mais das vezes succede, vencido por contemplações pessoaes. Enviou-se comtudo á Africa uma deputação de anciãos nobres, costumados ás maiores honras; entre os quaes foi M. Scauro, de quem acima fallei, ex-consul, e principe então no senado. Estes, porque o facto havia posto os animos em fermentação, e juntamente instados pelos Numidas, em tres dias se fizerão á vela; e em breve aportando em Utica, escrevêrão a Jugurtha, que logo logo se apresentasse naquella provincia; que vinhão da parte do senado.

Quando elle vio, que illustres personagens, cuja auctoridade em Roma ouvíra ser poderosa, lhe vinhão estorvar a empresa, ao principio assustado, entre a ambição e o medo fluctuava Temia a ira do senado, se não obedecesse aos deputados, o animo cego de cubiça o puxava para o começado crime. Venceo comtudo naquelle ambicioso espirito o conselho peior Assim, postado o exercito em torno de Cirta, com summa furia lhe dá um assalto geral, grandemente esperançado em que,

Quod ubi secus procedit, neque, quod intenderat, efficere potest, ut, prius quam legatos conveniret, Adherbalis potiretur; ne amplius morando Scaurum, quem plurimum metuebat, incenderet, cum paucis equitibus in provinciam venit. Ac tametsi senatus verbis graves minæ nuntiabantur, quod ab oppugnatione non desisteret; multa tamen oratione consumpta, legati frustra discessere.

Ea postquam Cirtæ audita sunt, Italici, quorum virtute mœnia defensabantur, confisi, deditione facta, propter magnitudinem populi Romani inviolatos sese fore, Adherbali suadent, uti seque et oppidum Jugurthæ tradat, tantum ab eo vitam paciscatur: de cæteris senatui curæ fore. At ille tametsi omnia potiora fide Jugurthæ rebatur; tamen quia penes eosdem, si adversaretur, cogendi potestas erat, ita uti censuerant Italici, deditionem facit. Jugurtha in primis Adherbalem excruciatum necat; deinde omnes puberes Numidas atque negotiatores promiscue, uti quisque armatis obvius fuerat, interficit.

Quod postquam Romæ cognitum est, et res in senatu agitari cœpta; iidem illi ministri regis, interpellando, ac sæpe gratia, interdum jurgiis trahendo tempus, atrocitatem facti leniebant. Ac ni C. Memmius, tribunus plebis designatus, vir acer et infestus potentiæ nobilitatis, populum Romanum edocuisset, id agi, ut per paucos factiosos Jugurthæ scelus condonaretur, profecto omnis invidia, prolatandis consultationibus, dilapsa fo-

dividida a guarnição, por força, ou por dolo obteria a victoria. Mas como assim não succedeo, nem pôde haver ás mãos Adherbal, que era o que mais desejava; para que, demorando-se mais, não irritasse a Scauro, que muito temia, com poucos cavallos partio para a nossa provincia. Mas, a pezar de ter sido fortemente ameaçado da parte do senado, se não desistisse do cerco, os deputados, tendo gasto muitas palavras, voltárão debalde.

Isto sabido em Cirta, os Italianos, a cujo valor se devia a defensa da praça, fiados em que, rendendo-se esta, serião inviolaveis á sombra da grandeza do povo Romano, persuadem a Adherbal, que se entregue a si e a Cidade, pactuando só a respeito da vida; que o senado cuidaria do resto. Elle, bem que nada julgasse menos seguro, que a fé de Jugurtha, todavia, como, se os contrariasse, na mão delles estava constrange-lo, faz a entrega, como os Italianos disserão. Jugurtha manda logo matar Adherbal em tormentos; e passar depois ao fio da espada todos os moços Numidas e negociantes indistinctamente, á medida que pelos seus fôrão encontrados.

Quando isto constou em Roma, e no senado se entrou a agitar o ponto, aquelles mesmos servidores do rei, interrompendo, e ganhando tempo umas vezes com empenhos, outras com altercações, hião adoçando a atrocidade do facto. E, se C. Memmio, designado tribuno do povo, homem resoluto, e opposto ao poder dos nobres, não mostrasse ao povo Romano que isto era obra de uns poucos de facciosos, para que fosse perdoado

ret. Tanta vis gratiæ atque pecuniæ regis erat. Sed ubi senatus, delicti conscientia, populum timet, lege Sempronia provinciæ futuris consulibus, Numidia atque Italia, decretæ; consules declarati P. Scipio Nasica, L. Bestia Calpurnius; Calpurnio Numidia, Scipioni Italia obvenit. Deinde exercitus, qui in Africam portaretur, scribitur; stipendium aliaque, quæ bello usui forent, decernuntur.

At Jugurtha, contra spem nuntio accepto, quippe cui Romæ omnia venum ire in animo hæserat, filium et cum eo duos familiares ad senatum legatos mittit, hisque, uti illis, quos Hiempsale interfecto miserat, præcipit, ut omnes mortales pecunia aggrediantur. Qui postquam Romam adventabant, senatus a Bestia consultus est, placeretne legatos Jugurthæ recipi mœnibus; iique decrevere, nisi regnum ipsumque deditum venissent, uti in diebus proximis decem Italia decederent. Consul Numidis ex senatus decreto nuntiari jubet; ita infectis rebus illi domum discedunt.

Interim Calpurnius, parato exercitu, legat sibi homines nobiles, factiosos, quorum auctoritate, quæ deliquisset, munita fore sperabat; in quis fuit Scaurus, cujus de natura et habitu supra memoravimus. Nam in consule nostro multæ bonæque artes animi et corporis erant, quas omnes avaritia præpediebat; patiens laborum, acri ingenio, satis providens, belli haud ignarus, firmis-

o crime de Jugurtha, sem duvida toda a indignação se teria evaporado nestes adiamentos. Tal era a força da influencia e ouro do rei. Mas logo que o senado, pela consciencia do crime, entrou a temer o povo, as provincias, Italia e Numidia, na conformidade da lei Sempronia, se decretárão aos futuros consules; fôrão declarados consules P. Scipião Nasica e L. Bestia Calpurnio; tocou a Numidia a Calpurnio, a Scipião a Italia. Alistou-se logo um exercito para a Africa, e se decretou o soldo, e o mais que era preciso para a guerra.

Jugurtha, ao receber tão inesperada nova, não podendo despersuadir-se de que em Roma tudo se vendia, mandou o filho com dous confidentes por embaixadores ao senado, e lhes ordenou, como aos outros, que mandára por occasião da morte de Hiempsal, que atacassem a todos com dinheiro. Mas quando vinhão chegando a Roma, o senado consultado por Bestia, se era do seu agrado, que os embaixadores fossem recebidos dentro dos muros, resolveo, que se não vinhão a entregar-lhe o rei, e o reino, dentro em dez dias sahissem da Italia. O consul mandou intimar aos Numidas a decisão do senado; e assim voltárão, como vierão.

Entretanto Calpurnio, preparado o exercito, toma para seus legados homens nobres, chefes de partido, em cuja auctoridade esperava escudo aos seus delictos; um destes foi Scauro, cujo caracter e costumes acima descrevêmos. Tinha pois o nosso consul muitas e bôas qualidades fysicas e moraes, que a avareza paralysava todas; soffredor de trabalho, assaz providente, não ignorante da guerra,

simus contra pericula et insidias. Sed legiones per Italiam Rhegium, atque inde Siciliam, porro ex Sicilia in Africam transvectæ. Igitur Calpurnius initio, paratis commeatibus, acriter Numidiam ingressus est, multosque mortales et urbes aliquot pugnando cepit.

Sed ubi Jugurtha per legatos pecunia tentare, bellique, quod administrabat, asperitatem ostendere cœpit; animus, æger avaritia, facile conversus est. Cæterum socius et administer omnium consiliorum assumitur Scaurus. Qui tametsi a principio, plerisque ex factione ejus corruptis, acerrime regem impugnaverat; tamen magnitudine pecuniæ a bono honestoque in pravum abstractus est. Sed Jugurtha primum tantummodo belli moram redimebat, existimans sese aliquid interim Romæ pretio aut gratia effecturum. Postea vero quam participem negotii Scaurum accepit, in maximam spem adductus recuperandæ pacis, statuit cum eis de omnibus pactionibus præsens agere. Cæterum interea, fidei causa, mittitur a consule Sextius quæstor in oppidum Jugurthæ Vaccam, cujus rei species erat acceptio frumenti, quod Calpurnius palam legatis imperaverat, quoniam deditionis mora induciæ agitabantur.

Igitur rex, uti constituerat, in castra venit, ac pauca, præsenti consilio, locutus de invidia facti sui, atque uti in deditionem acciperetur; reliqua cum Bestia et Scauro secreta transigit; dein postero die, quasi per saturam sententiis exquisitis,

nos perigos e surprezas firmissimo. As legiões fôrão por Italia a Regio, d'ali á Sicilia, e da Sicilia transportadas á Africa. Calpurnio, promptos que teve os mantimentos, invadio a Numidia, ao principio com grande furia, fez muitos prisioneiros, e á força d'armas tomou algumas cidades.

Mas assim que Jugurtha por seus enviados o começou a tentar com dinheiro, e a fazer-lhe vêr as difficuldades da guerra, que tinha a seu cargo, a avareza, seu costumado achaque, facilmente lhe voltou o animo. Por socio e ajudante de todas as suas empresas tomou logo a Scauro, que bem que ao principio, corrompidos quasi todos os da sua facção, se mostrára acerrimo antagonista do rei; attrahido, comtudo, pela força do ouro, voltou costas á honra e ao dever. Jugurtha primeiramente só se propunha comprar a demora da guerra, esperando entretanto alguma cousa effeituar em Roma por dinheiro, ou por seus amigos. Mas quando soube, que Scauro era participante do negocio, entrando em grandes esperanças de recuperar a paz, se resolveo a fazer pessoalmente com elles todos os ajustes. Para cujo fim o questor Sextio foi entretanto mandado em refens para Vacca, cidade de Jugurtha, com pretexto de receber o trigo, que dos embaixadores em publico exigíra Calpurnio; visto que até se effeituar a entrega havia paz.

O rei veio pois ao campo, como promettêra, e dizendo, na presença do conselho, poucas cousas a respeito da exageração do seu facto, e do modo por que se entregaria; a respeito do mais transigio em segredo com Bestia e Scauro: no seguinte

in deditionem accipitur. Sed, uti pro consilio imperatum erat, elephanti triginta, pecus atque equi multi, cum parvo argenti pondere quæstori traduntur. Calpurnius Romam ad magistratus rogandos proficiscitur. In Numidia et exercitu nostro pax agitabatur.

Postquam res in Africa gestas, quoque modo actæ forent, fama divulgavit, Romæ per omnes locos et conventus de facto consulis agitari. Apud plebem gravis invidia; Patres solliciti erant; probarentne tantum flagitium, an decretum consulis subverterent, parum constabat. Ac maxime eos potentia Scauri, quod is auctor et socius Bestiæ ferebatur, a vero, bonoque impediebat. At C. Memmius, cujus de libertate ingenii et odio potentiæ nobilitatis supra diximus, inter dubitationem et moras senatus, concionibus populum ad vindicandum hortari; monere, ne rempublicam, ne libertatem suam desererent; multa superba et crudelia facinora nobilitatis ostendere; prorsus intentus omni modo plebis animum accendebat. Sed quoniam ea tempestate Romæ Memmii facundia clara pollensque fuit; decere existimavi, unam ex tam multis orationem ejus prescribere, ac potissimum eam dicam, quam in concione post reditum Bestiæ hujuscemodi verbis disseruit :

« Multa me dehortantur a vobis, Quirites, ni studium reipublicæ omnia superet; opes factionis, vestra patientia, jus nullum, ac maxime, quod innocentiæ plus periculi, quam honoris est. Nam

dia, tomados os votos sem ordem, e como em montão, se lhe acceitou a entrega. Trinta elefantes, muitos cavallos e gado, com uma pequena somma em dinheiro fôrão, conforme a decisão do conselho, entregues ao questor. Calpurnio voltou a Roma para presidir ás eleições: entre os Numidas e os nossos cessárão as hostilidades.

Assim que a fama divulgou as negociações feitas em Africa, e o modo por que se fizerão, em Roma por todos os logares e ajuntamentos não se fallava senão do caso do consul. O povo estava gravemente indignado, os senadores afflictos; ignorava-se se approvarião tal infamia, ou se annullarião o tractado do consul. O poder de Scauro, porque se dizia ser o auctor e socio de Bestia, era o que mais os apartava da honra e do dever. Mas C. Memmio, de cuja liberdade d'alma e odio ao poder dos nobres acima fallei, entre as duvidas e demoras do senado, nas assembleas exhortava o povo á vingança, persuadindo-o a não desamparar a republica e a sua liberdade, e expondo-lhe muitos e crueis attentados da nobreza; procurando emfim por todos os modos accender os animos da plebe. Como então era notavel e poderosa em Roma a eloquencia de Memmio, julguei conveniente inserir aqui uma das muitas suas orações, com preferencia aquella, que depois da volta de Bestia pronunciou da tribuna, e he do modo seguinte:

« Muitas razões me afastarião de vós, ó Romanos, se a todas não prevalecesse o zelo do bem publico; as forças da facção, a vossa paciencia, a nullidade das leis, e, sobre tudo, o ser a virtude

illa quidem piget dicere, his annis quindecim quam ludibrio fueritis superbiæ paucorum; quam fœde, quamque inulti perierint vestri defensores; ut vobis animus ab ignavia atque socordia corruptus sit, qui ne nunc quidem, obnoxiis inimicis, exsurgitis, atque etiam nunc timetis eos, quibus vos decet terrori esse. Sed quamquam hæc talia sunt, tamen obviam ire factionis potentiæ animus subigit. Certe ego libertatem, quæ mihi a parente meo tradita est, experiar; verum id frustra, an ob rem faciam, in vestra manu situm est, Quirites. Neque ego vos hortor, quod sæpe majores vestri fecere, uti contra injurias armati eatis. Nihil vi, nihil secessione opus est; necesse est, suomet ipsi more præcipites eant. Occiso Tiberio Graccho, quem regnum parare aiebant, in plebem romanam quæstiones habitæ sunt. Post C. Gracchi et M. Fulvii cædem, item ordinis vestri multi mortales in carcere necati sunt; utriusque cladis non lex, verum libido eorum finem fecit. Sed sane fuerit regni paratio, plebi sua restituere. Quidquid sine sanguine civium ulcisci nequitur, jure factum sit.

« Superioribus annis taciti indignabamini, ærarium expilari; reges et populos liberos paucis nobilibus vectigal pendere; penes eosdem et summam gloriam, et maximas divitias esse: tamen hæc talia facinora impune suscepisse parum habuere. Itaque postremo leges, majestas vestra, divina et humana omnia hostibus tradita sunt. Neque eos, qui ea fecere, pudet aut pœnitet; sed

mais perseguida, que honrada. Peja-me na verdade o dizer quanto nestes quinze annos haveis sido ludibrio da soberba de poucos; quão atroz, quão impunemente deixastes matar vossos defensores, quão effeminados estais pela inercia e desmazelo, vós, que nem agora, tendo nas mãos o inimigo, vos levantais, e ainda temeis aquelles, que de vós devião tremer. Mas, assim mesmo, ousá o meu animo arrostar com o poder da facção. Farei uso da liberdade, que me deixou meu pai; que o faça com proveito, ou sem elle, está na vossa mão, Quirites. Não vos exhorto porém a que obsteis com as armas á injuria, o que muitas vezes vossos maiores fizerão. Nada de força, nada de divisão: a sua mesma perversidade os precipitará. Assassinado Tiberio Graccho, que dizião aspirar á realeza, com devassas atormentárão o povo Romano. Depois da morte de C. Graccho e M. Fulvio, muitos da vossa classe fôrão tambem mortos em masmorras: a uma e outra matança pôz termo não a lei, sim o capricho delles. Mas embora, restituir ao povo o que he seu, fosse preparativo de reino. Dê-se por legal o que se não póde vingar sem sangue civil.

« Indignados e tacitos vimos nos precedentes annos roubado o erario, os tributos dos reis e povos livres serem para uns poucos de nobres; apoderarem-se estes das summas honras e das maiores riquezas: e ainda o commetter crimes taes impunemente lhes pareceo pouco. Vendêrão emfim aos inimigos as leis, a vossa magestade, o sagrado e o profano. Nem do que fizerão se pejão ou se arre-

incedunt per ora vestra magnifice, sacerdotia et consulatus, pars triumphos suos ostentantes, perinde quasi ea honori, non prædæ habeant. Servi ære parati injusta imperia dominorum non perferunt; vos, Quirites, imperio nati, æquo animo servitutem toleratis? At qui sunt hi, qui rempublicam occupavere? homines sceleratissimi, cruentis manibus, immani avaritia, nocentissimi, iidemque superbissimi, quibus fides, decus, pietas, postremo honesta atque inhonesta omnia quæstui sunt. Pars eorum occidisse tribunos plebis, alii quæstiones injustas, plerique cædem in vos fecisse, pro munimento habent. Ita quam quisque pessime fecit, tam maxime tutus est; metum a scelere suo ad ignaviam vestram transtulere; quos omnes eadem cupere, eadem odisse, eadem metuere in unum coegit. Sed hæc inter bonos amicitia, inter malos factio est.

« Quod si tam vos libertatis curam haberetis, quam illi ad dominationem accensi sunt; profecto neque respublica, sicuti nunc, vastaretur, et beneficia vestra penes optimos, non audacissimos, forent. Majores vestri, parandi juris et majestatis constituendæ gratia, bis, per secessionem, armati Aventinum occupavere; vos pro libertate, quam ab illis accepistis, nonne summa ope nitemini? atque eo vehementius, quo majus dedecus est, parta amittere, quam omnino non paravisse.

pendem; mas por diante de vós magnificos passeião, uns ostentando os sacerdocios e os consulados, outros os seus triunfos, como se os tivessem merecido, e não roubado. Os comprados escravos mal soffrem de seus senhores o injusto imperio, e vós, Quirites, nascidos para mandar, de bom grado soffreis a escravidão? Mas quem são esses, que da republica se apossárão? Sceleratissimos, perniciosissimos, soberbissimos homens, de avareza insaciavel e de mãos ensanguentadas, para quem a fé, a honra, a piedade, o decente e o indecente tudo he objecto de tráfico. A uns o terem morto os vossos tribunos, a outros as sentenças injustas, aos mais delles a matança, que em vós tem feito, servem de trincheira. Assim quanto mais perversos, tanto mais seguros vivem; da sua maldade transferírão o medo para a vossa cobardia: o cubiçar, odiar, temer cada um delles o mesmo, de todos tem feito um só. Mas isto entre os bons he amizade, entre os máos he facção.

« Se vós mostrasseis tanto fervor pela liberdade, como elles pela tyrannia, não se veria por certo, como agora, dilacerada a republica, e os vossos empregos serião para os mais benemeritos, e não para os mais descarados. Vossos maiores para recuperar os seus direitos e constituir a soberania do povo, duas vezes, separando-se dos nobres, occupárão armados o Aventino: vós pela liberdade, que delles recebestes não fareis os ultimos esforços, e com tanto mais vehemencia, quanto he maior deshonra o perder o que se possue, que o não ter jámais possuido?

« Dicet aliquis : Quid igitur censes? Vindicandum in eos, qui hosti prodidere rempublicam, non manu, neque vi, quod magis vos fecisse, quam illis accidisse indignum est; verum quæstionibus et indicio ipsius Jugurthæ. Qui si dedititius est, profecto jussis vestris obediens erit, sin ea contemnit, scilicet æstimabitis, qualis illa pax, aut deditio sit, ex qua ad Jugurtham scelerum impunitas, ad paucos potentes maximæ divitiæ, ad rempublicam damna atque dedecora pervenerint. Nisi forte nondum etiam vos dominationis eorum satietas tenet, et illa, quam hæc tempora, magis placent, quum regna, provinciæ, leges, jura, judicia, bella atque paces, postremo divina et humana omnia penes paucos erant; vos autem, hoc est, populus Romanus, invicti ab hostibus, imperatores omnium gentium, satis habebatis animam retinere. Nam servitutem quidem quis vestrum recusare audebat?

« Atque ego tametsi viro flagitiosissimum existimo, impune injuriam accepisse; tamen vos hominibus sceleratissimis ignoscere, quoniam cives sunt, æquo animo paterer, nisi misericordia in perniciem casura esset. Nam et illis, quantum importunitatis habent, parum est impune male fecisse, nisi deinde faciendi licentia eripitur; et vobis æterna sollicitudo remanebit, quum intelligetis, aut serviendum esse, aut per manus libertatem retinendam. Nam fidei quidem aut concordiæ quæ spes est? Dominari illi volunt, vos liberi esse; facere illi injurias, vos prohibere, pos-

« Alguem dirá : Mas que pertendes tu ? Que se proceda contra aquelles, que aos inimigos vendêrão a republica, não com mão armada, que de vós seria mais indigno o fazê-lo, que delles o soffrelo; mas judicialmente e sobre a confissão do mesmo Jugurtha. Que, se elle de véras se entregou, obedecerá sem duvida aos vossos preceitos; mas se os desprezar, então podereis ajuizar, que paz ou entrega he esta, da qual resulta a Jugurtha a impunidade dos crimes, a uns poucos de poderosos immensas riquezas, á republica damno e vituperio. Se não he, que não estais inda fartos da sua tyrannia, e não preferis a este aquelle tempo, em que os reinos, as provincias, o legislativo, o judicial, os vossos direitos, a paz, a guerra, o sagrado e o profano tudo estava em poder de poucos; e vós, o povo Romano, invenciveis para os inimigos, dominadores do mundo, tinheis por grande fortuna o conservar a vida. Porque, qual de vós ousava recusar a escravidão?

« Eu pois, bem que nada julgue tão ignominioso como receber impunemente affrontas, de bom grado soffrêra comtudo, que perdoasseis a esses malvados, pois que são cidadãos, se uma tal compaixão se não tornasse em vossa ruina. Pois que tão difficeis são de contentar, que para elles o ter feito mal impunemente he pouco, se lhes não deixarem a liberdade de o tornar a fazer; e vós ficareis n'um continuo desassocego até vos desenganardes, que ou haveis de servir, ou conservar com as armas a liberdade. Que esperança de bôa fé, ou concordia? Elles querem dominar, vós vi-

tremo sociis vestris veluti hostibus, hostibus pro sociis utuntur. Potestne in tam diversis mentibus pax aut amicitia esse?

« Quare moneo hortorque vos, ne tantum scelus impunitum omittatis. Non peculatus ærarii factus est, neque per vim sociis ereptæ pecuniæ; quæ quamquam gravia sunt, tamen consuetudine jam pro nihilo habentur. Hosti acerrimo prodita senatus auctoritas, proditum imperium vestrum; domi militiæque respublica venalis fuit. Quæ nisi quæsita erunt, nisi vindicatum in noxios; quid erit reliquum, nisi ut illis, qui ea fecere, obedientes vivamus? nam impune quælibet facere, id est regem esse. Neque ego vos, Quirites, hortor, ut malitis cives vestros perperam, quam recte fecisse; sed ne, ignoscendo malis, bonos perditum eatis. Ad hoc in republica multo præstat beneficii, quam maleficii immemorem esse. Bonus tantummodo segnior fit, ubi negligas; at malus improbior. Ad hoc si injuriæ non sint, haud sæpe auxilii egeas. »

Hæc atque alia hujuscemodi sæpe dicendo, Memmius populo persuadet, uti L. Cassius, qui tum prætor erat, ad Jugurtham mitteretur, eumque, interposita fide publica, Romam duceret, quo facilius indicio regis, Scauri et reliquorum, quos pecuniæ captæ arcessebant, delicta patefierent.

Dum hæc Romæ geruntur, qui in Numidia relicti a Bestia exercitui præerant, secuti morem

ver livres, elles fazer violencias, vós impedi-las: tratão emfim os inimigos como alliados, os alliados como inimigos. Póde em tal opposição de animos haver paz, ou amizade?

« Portanto vos admoesto e exhorto, que não deixeis impune um tal crime. Não são roubos de erario, nem dinheiros extorquidos aos alliados, crimes, que, ainda que graves, já hoje, por usuaes, se reputão em nada; he a auctoridade do senado, he o vosso imperio entregue a um acerrimo inimigo, he a republica vendida em Roma e no campo. Se não tomarmos conhecimento destes factos, se não punirmos os culpados, que nos resta, senão viver escravos daquelles, que os perpetrárão? Pois o fazer quanto se quer impunemente, he ser rei. Eu não vos digo, ó Romanos, que desejeis mais achar culpados, que innocentes; mas sim, que perdoando aos máos, não vades perder os bons. Nas republicas he menor mal esquecer o beneficio, que a injuria. O bom, não premiado afrouxa, he certo; mas o máo, não punido, torna-se peior. De mais, se não houvesse ataques, não se precisára tanto de auxilio. »

Com este e muitos outros discursos taes, Memmio persuade o povo à mandar L. Cassio, que então era pretor, a Jugurtha, afim de o trazer à Roma debaixo da garantia publica, para com a sua confissão mais facilmente se conhecerem os delictos de Scauro e de outros accusados de concussão.

Em quanto isto se passa em Roma, aquelles que em Numidia Bestia deixára no commando do

imperatoris sui, plurima et flagitiosissima facinora fecere. Fuere qui, auro corrupti, elephantos Jugurthæ traderent, alii perfugas venderent; pars ex pacatis prædas agebant. Tanta vis avaritiæ in animos eorum, veluti tabes, invaserat.

At Cassius prætor, perlata rogatione a C. Memmio, ac perculsa omni nobilitate, ad Jugurtham proficiscitur; eique timido et ex conscientia diffidenti rebus suis persuadet, quo se populo Romano dedidisset, ne vim, quam misericordiam ejus, experiri mallet; privatim præterea fidem suam interponit, quam ille non minoris, quam publicam ducebat. Talis ea tempestate fama de Cassio erat. Igitur Jugurtha, contra decus regium, cultu quam maxime miserabili, cum Cassio Romam venit. Ac tametsi in ipso magna vis animi erat; confirmatus ab omnibus, quorum potentia aut scelere cuncta ea gesserat, quæ supra diximus, C. Bæbium tribunum plebis magna mercede parat, cujus impudentia contra jus et injurias omnes munitus foret.

At C. Memmius, advocata concione, quamquam regi infesta plebs erat, et pars in vincula duci jubebat, pars, nisi socios sceleris sui aperiret, more majorum, de hoste supplicium sumi; dignitati, quam iræ, magis consulens, sedare motus, et animos eorum mollire; postremo confirmare, fidem publicam per sese inviolatam fore.

exercito, a exemplo do seu chefe, muitos e torpissimos crimes fizerão. Alguns houve, que, pelo ouro corrompidos, entregárão a Jugurtha os elefantes, outros, que vendêrão os transfugas, outros que saqueavão povoações pacificas. Tanto a força da avareza lhes tinha, como peste, contaminado as almas.

O pretor Cassio, approvada a proposta de C. Memmio, com geral terror dos nobres, partio para Jugurtha e o persuadio, não sem grande temor e desconfiança da sua sorte, pela consciencia do crime, a que, visto haver-se entregado ao povo Romano, não quizesse antes experimentar o seu poder, que a sua misericórdia; e interpôz tambem a sua garantia particular, que elle não tinha em menos conta, que a pública. Tal era então a fama de Cassio. Jugurtha pois, contra o regio decoro, em trajes os mais miseraveis acompanhou Cassio a Roma. E, bem que fosse dotado de grande força d'alma; com o auxilio de todos aquelles, por influencia e maldade dos quaes fizera em Roma quanto acima dissémos, ganhou com grandes sommas o tribuno do povo, C. Bebio, para com a sua impudencia o escudar contra a justiça e os insultos.

C. Memmio, convocada a assemblea, bem que o povo estivesse enfurecido contra o rei, e uns gritassem que fosse preso, outros, segundo as leis antigas, condemnado á morte como rebelde, se não declarasse os complices do seu crime; attendendo comtudo mais á dignidade, que á ira, procurou socegar o tumulto e adoçar os animos;

Post, ubi silentium cœpit, producto Jugurtha, verba facit; Romæ Numidiæque facinora ejus memorat; scelera in patrem fratresque ostendit: quibus juvantibus quibusque ministris ea egerit, quamquam intelligat populus Romanus, tamen velle manifesta magis ex illo habere; si verum aperiat, in fide et clementia populi Romani magnam spem illi sitam; sin reticeat, non sociis saluti fore, sed se suasque spes corrupturum. Dein, ubi Memmius dicendi finem fecit, et Jugurtha respondere jussus est, C. Bæbius tribunus plebis, quem pecunia corruptum supra diximus, regem tacere jubet. Ac tametsi multitudo, quæ in concione aderat, vehementer accensa, terrebat eum clamore, vultu, sæpe impetu atque aliis omnibus, quæ ira fieri amat; vicit tamen impudentia. Ita populus ludibrio habitus ex concione discessit: Jugurthæ Bestiæque et cæteris, quos illa quæstio exagitabat, animi augescunt.

Erat ea tempestate Romæ Numida quidam, nomine Massiva, Gulussæ filius, Masinissæ nepos; qui, quia in dissensione regum, Jugurthæ adversus fuerat, dedita Cirta, et Adherbale interfecto, profugus ex Africa abierat. Huic Sp. Albinus, qui proximo anno post Bestiam cum Q. Minucio Rufo consulatum gerebat, persuadet, quoniam ex stirpe Masinissæ sit, Jugurthamque ob scelera invidia cum metu urgeat, regnum Numidiæ ab senatu petat. Avidus consul belli gerendi movere,

e por fim lhes protestou, que por elle jámais a fé publica seria violada. Depois, apenas obteve silencio, fazendo comparecer Jugurtha, e dirigindo-se a elle, depois de relatar os seus crimes em Roma e Numidia; e de lhe lançar em rosto os attentados contra o pai e irmãos, lhe disse, que, não obstante o povo Romano saber quem fôrão seus coadjutores e agentes, queria comtudo ser por elle mais esclarecido : se confessasse a verdade podia contar com a fé e clemencia do povo Romano; senão, sem salvar os socios, destruiria as suas esperanças e a si proprio. Quando Memmio acabou de fallar, e Jugurtha foi mandado responder, o tribuno do povo, C. Bebio, que estava, como disse, comprado, mandou calar o rei; e, bem que a multidão, que formava e assemblea, altamente irritada o aterrasse com gritos, com gestos, e até muitas vezes com impetos, e tudo quanto a ira costuma fazer; venceo comtudo a impudencia. Assim, o povo, ludibriado, se retirou da assemblea; Jugurtha, Bestia e os mais, a quem o interrogatorio assustava, cobrárão animo.

Achava-se então em Roma um Numida, por nome Massiva, filho de Gulussa, neto de Masinissa; que, por ter sido contra Jugurtha, na desavença dos principes, rendida Cirta, e morto Adherbal, fugindo se escapára da Africa. Spurio Albino, que no anno immediato ao de Bestia com Q. Minucio Rufo exercia o consulado, induzio este homem a que, visto ser da estirpe de Masinissa, e Jugurtha pelos seus crimes e odio público andar aterrado, pedisse ao senado o reino da Nu-

quam senescere omnia malebat. Ipsi provincia Numidia, Minucio Macedonia evenerat.

Quæ postquam Massiva agitare cœpit, neque Jugurthæ in amicis satis præsidii est, quod eorum alium conscientia, alium mala fama et timor impediebat; Bomilcari, proximo ac maxime fido sibi, imperat, pretio, sicuti multa confecerat, insidiatores Massivæ paret, ac maxime occulte; sin id parum procedat, quovis modo Numidam interficiat. Bomilcar mature regis mandata exsequitur, et per homines, talis negotii artifices, itinera egressusque ejus, postremo loca atque tempora cuncta explorat; deinde, ubi res postulabat, insidias tendit. Igitur unus ex eo numero, qui ad cædem parati erant, paulo inconsultius Massivam aggreditur, illum obtruncat; sed ipse deprehensus, multis hortantibus et in primis Albino consule, indicium profitetur. Fit reus magis ex æquo bonoque, quam ex jure gentium, Bomilcar, comes ejus, qui Romam fide publica venerat.

At Jugurtha manifestus tanti sceleris, non prius omisit contra verum niti, quam animadvertit, supra gratiam atque pecuniam suam invidiam facti esse. Igitur quamquam in priore actione ex amicis quinquaginta vades dederat; regno magis, quam vadibus consulens, clam in Numidiam Bomilcarem dimittit, veritus, ne reliquos populares metus invaderet parendi sibi, si

midia. O consul, desejoso de fazer a guerra, antes queria vêr tudo em desordem, que ficar ocioso. Tinha-lhe tocado em sorte a Numidia, a Minucio a Macedonia.

Logo que Massiva entrou nesta pertenção, Jugurtha, não achando nos amigos bastante apoio, porque a uns a consciencia, a outros a má fama e o temor acobardava, ordena ao seu parente e mais fiel satellite Bomilcar, que, por dinheiro, como outras empresas concluíra, aprompte assassinos para apunhalar Massiva, e isto com o maior segredo; mas quando assim não possa, o mate por qualquer modo. Prompto Bomilcar executa as ordens do rei, e por homens deste officio lhe faz observar os passos, os sitios e as occasiões; e depois, onde convinha, armou a cilada. Mas um dos que estavão fallados para o assassinio, com pouca precaução ataca Massiva, e o mata; e, sendo apanhado, a instancias de muitos, principalmente do consul Albino, confessa tudo. He pronunciado Bomilcar, mais segundo a razão e justiça, que por direito das gentes, sendo companheiro de um, que debaixo da garantia pública tinha vindo a Roma.

Jugurtha, manifesto auctor deste crime, não deixou de lutar contra a evidencia, senão quando vio, que o horror do facto excedia o seu valimento e ouro. Então, posto que na primeira acção tivesse dado em fiança cincoenta dos seus amigos, importando-lhe mais o reino, que os fiadores, occultamente fez partir Bomilcar para a Numidia, receando que, se o justiçassem, os mais dos vas-

de illo supplicium sumptum foret. Et ipse paucis diebus eodem profectus est, jussus a senatu Italia decedere. Sed postquam Roma egressus est, fertur sæpe eo tacitus respiciens postremo dixisse : urbem venalem et mature perituram, si emptorem invenerit.

Interim Albinus, renovato bello, commeatum, stipendium, aliaque, quæ militibus usui forent, maturat in Africam portare; ac statim ipse profectus, uti ante comitia, quod tempus haud longe aberat, armis, aut deditione, aut quovis modo bellum conficeret. At contra Jugurtha trahere omnia, et alias, deinde alias moræ causas facere; polliceri deditionem, ac deinde metum simulare; instanti cedere, et paulo post, ne sui diffiderent, instare; ita belli modo, modo pacis mora consulem ludificare. Ac fuere, qui tum Albinum haud ignarum consilii regis existimarent; neque ex tanta properantia tam facile tractum bellum socordia magis, quam dolo crederent. Sed postquam, dilapso tempore, comitiorum dies adventabat, Albinus, Aulo fratre in castris pro prætore relicto, Romam decessit.

Ea tempestate Romæ seditionibus tribuniciis atrociter respublica agitabatur. P. Lucullus et L. Annius, tribuni plebis, resistentibus collegis, continuare magistratum nitebantur; quæ dissensio totius anni comitia impediebat. Ea mora in

sallos por medo lhe negassem obediencia. E elle mesmo poucos dias depois, mandado pelo senado sahir da Italia, para lá partio. Mas quando hia sahindo de Roma, conta-se, que, depois de muitas vezes se ter voltado a olha-la em silencio, exclamára emfim : *Oh cidade venal, que cêdo arrasada serás, se achares comprador.*

Albino entretanto, renovada a guerra, se apressa em transportar para a Africa mantimentos, dinheiros, e quanto era preciso para as tropas; e elle mesmo logo partio, a vêr, se antes dos comicios, tempo, que não estava longe; por armas, ou por negociação, ou por algum modo, terminava a guerra. Jugurtha pelo contrario procurava atrazar tudo, pretextando hoje um motivo, á manhã outro; ora promettendo entregar-se, ora fingindo receios; acommettido cedia, e logo depois, para não desanimar os seus, avançava; e assim demorando umas vezes a paz, outras a guerra, hia escarnecendo o consul. E não faltou quem se persuadisse, que Albino estava de intelligencia com o rei; e qué depois de tanta pressa tanto vagar na guerra provinha mais de malicia, que de inhabilidade. Mas quando, consumido o tempo, vinha chegando o dia dos comicios; Albino deixando propretor no campo a seu irmão Aulo, partio para Roma.

Achava-se então a republica atrozmente agitada pelas sedições dos tribunos. P. Lucullo e L. Annio, com opposição dos collegas, querião continuar no tribunato; e esta dissensão impedia os comicios de todo aquelle anno. Neste meio tempo

spem adductus Aulus, quem pro prætore in castris relictum supra diximus, aut conficiendi belli, aut terrore exercitus ab rege pecuniæ capiendæ milites mense januario ex hibernis in expeditionem evocat, magnisque itineribus, hieme aspera pervenit ad oppidum Suthul, ubi regis thesauri erant. Quod quamquam et sævitia temporis, et opportunitate loci, neque capi, neque obsideri poterat; nam circum murum, situm in prærupti montis extremo, planities limosa hiemalibus aquis paludem fecerat: tamen, aut simulandi gratia, quo regi formidinem adderet, aut cupidine cæcus ob thesauros oppidi potiundi, vineas agere, aggerem jacere, aliaque, quæ incepto usui forent, properare.

At Jugurtha, cognita vanitate atque imperitia legati, subdole ejus augere amentiam, missitare supplicantes legatos; ipse, quasi vitabundus, per saltuosa loca et tramites exercitum ductare. Denique Aulum spe pactionis perpulit, uti, relicto Suthule, in abditas regiones sese, veluti cedentem, insequeretur: ita delicta occultiora fore. Interea per homines callidos die noctuque exercitum tentabat: centuriones ducesque turmarum partim, uti transfugerent, corrumpere; alii, signo dato, locum uti desererent. Quæ postquam ex sententia instruxit, intempesta nocte, de improviso multitudine Numidarum Auli castra circumvenit. Milites Romani, perculsi tumultu insolito, arma capere alii, alii se abdere, pars territos confirmare, trepidare omnibus locis; vis magna hos-

Aulo, que dissémos ficára propretor no campo, entrando em esperanças ou de terminar a guerra, o de extorquir dinheiros ao rei com o terror das armas, no mez de janeiro tira o exercito dos acantonamentos, e a marchas forçadas por um tempo terrivel, chega á cidade de Suthul, onde estavão os thesouros do rei. E, bem que pela aspereza da estação e vantagem do logar esta praça se não podia tomar, nem cercar; porque, situada no pico de um escarpado monte, toda a planicie em torno era um lamaçal, que as chuvas do inverno tinhão convertido em lago, comtudo, ou para intimidar o rei com um ataque falso, ou cego da cubiça de se apoderar da praça por causa dos thesouros, forma galerias, ergue padrastos, e apressa quanto podia servir ao intento.

Jugurtha, conhecida a vaidade e impericia do propretor, procura ardiloso augmentar-lhe a demencia, enviando-lhe parlamentarios com repetidas supplicas, e, como quem lhe fugia, por logares cobertos e atalhos conduzindo o exercito. Emfim com a esperança de uma negociação o induzio a que, deixando Suthul, o seguisse na supposta fuga ao centro de um sertão; para assim mais occultos ficarem seus crimes. Entretanto por homens sagazes noite e dia lhe tentava o exercito corrompia centuriões e commandantes de turmas, uns para que desertassem, outros para que ao signal dado desamparassem o posto. Arranjado tudo a seu gosto, n' alta noite, com uma alluvião de Numidas cerca de repente o campo d'Aulo. Os soldados Romanos sobresaltados com o estranho

tium, cœlum nocte atque nubibus obscuratum, periculum anceps; postremo fugere, an manere, tutius foret, in incerto erat.

Sed ex eo numero, quos paulo ante corruptos diximus, cohors una Ligurum, cum duabus turmis Thracum, et paucis gregariis militibus, transiere ad regem, et centurio primi pili tertiæ legionis per munitionem, quam, uti defenderet, acceperat, locum hostibus introeundi dedit, eaque Numidæ cuncti irrupere. Nostri fœda fuga, plerique, abjectis armis, proximum collem occupavere. Nox atque præda castrorum hostes, quo minus victoria uterentur, remorata sunt. Deinde Jugurtha postero die cum Aulo in colloquio verba facit: « tametsi ipsum cum exercitu fame et ferro clausum tenet, tamen se humanarum rerum memorem, si secum fœdus faceret, incolumes omnes sub jugum missurum; præterea uti diebus decem Numidia decederet. » Quæ quamquam gravia et flagitii plena erant; tamen, quia mortis metu nutabantur, sicuti regi libuerat, pax convenit.

Sed ubi ea Romæ comperta sunt, metus atque mœror civitatem invasere: pars dolere pro gloria imperii; pars insolita rerum bellicarum timere libertati. Aulo omnes infesti, ac maxime, qui bello sæpe præclari fuerant, quod armatus dedecore potius, quam manu, salutem quæsiverat. Ob ea

estrondo, quem se arma, quem se esconde, quem os timidos conforta : tudo era confusão e terror : grande a força do inimigo, tenebrosa a noite, por todos os lados perigo; se o ficar, se o fugir mais seguro fosse era emfim duvidoso.

D'entre os que estavão, como disse, comprados, uma cohorte de Ligurios com duas turmas de Thraces e alguns soldados rasos se passárão para o rei, e o centurião da 1.ª lança da 3.ª legião, pela trincheira, que lhe fôra confiada, deo entrada aos inimigos, e por ali rompêrão todos os Numidas. Os nossos com torpe fuga, largando os mais delles as armas, occupárão um monte vizinho. A noite e o saque do campo impedírão que os inimigos se aproveitassem mais da victoria. No dia seguinte Jugurtha, vindo á falla com Aulo, lhe disse : « que ainda que o tinha cercado a elle e ao seu exercito com o ferro e com a fome; comtudo, lembrado das humanas vicissitudes, se fizesse com elle um tratado de alliança, lhes faria a todos mercê das vidas, passando por baixo do jugo, e sahindo além disso da Numidia dentro em dez dias. Bem que pesadas e cheias de infamia erão taes condições; comtudo, como transigião por medo da morte, se ajustou a paz, como o rei quiz.

Quando isto constou em Roma, o susto e a consternação se espalhou por toda a cidade : uns se lastimavão pela gloria do imperio, outros, estranhos em cousas militares, temião pela liberdade. Todos, e mormente os que na guerra muitas vezes se tinhão illustrado, bramião contra Aulo,

consul Albinus ex delicto fratris invidiam, ac deinde periculum timens, senatum de fœdere consulebat; et tamen interim exercitui supplementum scribere, ab sociis et nomine Latino auxilia arcessere, denique omnibus modis festinare. Senatus ita uti par fuerat, decernit, suo atque populi injussu nullum potuisse fœdus fieri. Consul impeditus a tribunis plebis, ne, quas paraverat copias, secum portaret, paucis diebus in Africam proficiscitur. Nam omnis exercitus, uti convenerat, Numidia deductus, in provincia hiemabat. Postquam eo venit, quamquam persequi Jugurtham et mederi fraternæ invidiæ animo ardebat; cognitis militibus, quos præter fugam, soluto imperio, licentia atque lascivia corruperat, ex copia rerum statuit, nihil sibi agitandum.

Interea Romæ C. Mamilius Limetanus tribunus plebis rogationem ad populum promulgat, uti quæreretur in eos, quorum consilio Jugurtha senatus decreta neglexisset; quique ab eo in legationibus, aut imperiis pecunias accepissent; qui elephantos, quique perfugas tradidissent; item, qui de pace, aut bello cum hostibus pactiones fecissent. Huic rogationi, partim conscii sibi, alii ex partium invidia pericula metuentes, quoniam aperte resistere non poterant, quin illa et alia talia placere sibi faterentur, occulte per amicos, ac

porque, estando armado, mais com a deshonra, que com o braço procurára salvar-se. Por este motivo o consul Albino, receando o odio, que lhe attrahíra o crime do irmão, e tambem o perigo, consultou o senado sobre a capitulação, não deixando por isso de recrutar entretanto para preencher o exercito, de exigir soccorros dos alliados e Latinos, de se apressar emfim por todos os modos. O senado, como devia, decidio, que sem ordem sua e do povo se não podia fazer tratado algum. Poucos dias depois o consul, impedido pelos tribunos do povo de levar as tropas, que aprompt ára, partio para a Africa. Todo o exercito pois, tendo, segundo a convenção, evacuado a Numidia, invernava na provincia Romana. Quando Albino ali chegou, bem que ardesse no desejo de perseguir Jugurtha, e aplacar o odio contra o irmão; vendo os soldados inteiramente perdidos, não só pela fuga, mas pela intemperança e licença no relaxado commando, de quanto projectava assentou nada emprehender.

Entretanto em Roma o tribuno C. Mamilio Limetano promulgou ao povo uma indicação, para se devassar daquelles, por conselho dos quaes Jugurtha desprezára os decretos do senado, daquelles, que nas delegações, ou commandos tivessem delle acceitado dinheiros, daquelles, que entregárão os elefantes e transfugas; daquelles emfim, que á cerca de paz ou guerra tivessem feito convenções com os inimigos. A esta indicação, uns por consciencia de culpa, outros, porque de rancor dos partidos receavão perigo, como se não podião

maxime per homines nominis Latini et socios Italicos, impedimenta parabant. Sed plebs, incredibile memoratu est, quam intenta fuerit, quantaque vi rogationem jusserit, decreverit, voluerit, magis odio nobilitatis, cui mala illa parabantur, quam cura reipublicæ. Tanta libido in partibus erat.

Igitur cæteris metu perculsis, M. Scaurus, quem legatum Bestiæ fuisse supra docuimus, inter lætitiam plebis, et suorum fugam, trepida etiam tum civitate, quum ex Mamilii rogatione tres quæsitores rogarentur, effecerat, uti ipse in eo numero crearetur. Sed quæstio exercita est aspere violenterque, ex rumore et libidine plebis. Ut sæpe nobilitatem, sic ea tempestate plebem ex secundis rebus insolentia ceperat. Cæterum mos partium popularium et senatus factionum, ac deinde omnium malarum artium, paucis ante annis Romæ ortus est, otio atque abundantia earum rerum, quæ prima mortales ducunt. Nam ante Carthaginem deletam populus et senatus Romanus placide modesteque inter se rempublicam tractabant; neque gloriæ, neque dominationis certamen inter cives erat; metus hostilis in bonis artibus civitatem retinebat. Sed ubi illa formido mentibus decessit, scilicet ea, quæ secundæ res amant, lascivia atque superbia, incessere.

oppôr abertamente, sem confessar que approvavão aquelles e outros crimes taes, ás escondidas por seus amigos, e principalmente por cidadãos Latinos e alliados Italianos, andavão preparando impedimentos. He incrivel porém a avidez, a furia, com que o povo mandou, decretou, quiz a indicação, mais por odio á nobreza, que ella hia metter em trabalhos, que por zelo do bem público. Tal era a sanha dos partidos.

Aterrados pois todos os outros nobres, M. Scauro, que dissemos fôra logar-tenente de Bestia, entre o regôzijo do povo, e a fuga dos seus, convulsa ainda a cidade; como na indicação de Mamilio se propunhão tres inquiridores, conseguio entrar neste numero. A devassa foi tirada rigorosa e violentamente por causa dos rumores e indisposição do povo, que nesta occasião, como em muitas outras, a nobreza se tornou insolente com a prosperidade. Este sestro de partidos populares e senatorias facções, e após elle todos os mais vicios, tinha poucos annos antes nascido em Roma do ocio e abundancia daquelles mesmos bens, que os homens olhão como primeiros. Porque até á destruição de Carthago o povo e o senado Romano, placida e moderadamente região entre si a republica; nem de gloria, nem de mando havia contenda entre os cidadãos; o temor do inimigo mantinha na cidade os bons costumes. Mas apenas sahio das almas esse temor, entrárão em seu logar a intemperança e soberba, companheiras da prosperidade.

Ita, quod in adversis rebus optaverant, otium, postquam adepti sunt, asperius acerbiusque fuit. Namque cœpere nobilitas dignitatem, populus libertatem in libidinem vertere; sibi quisque ducere, trahere, rapere. Ita omnia in duas partes abstracta sunt; respublica, quæ media fuerat, dilacerata. Cæterum nobilitas factione magis pollebat; plebis vis, soluta atque in multitudine dispersa, minus poterat. Paucorum arbitrio belli domique agitabatur; penes eosdem ærarium, provinciæ, magistratus, gloriæ triumphique erant; populus militia atque inopia urgebatur. Prædas bellicas imperatores cum paucis diripiebant; interea parentes, aut parvi liberi militum, uti quisque potentiori confinis erat, sedibus pellebantur. Ita cum potentia avaritia sine modo modestiaque invadere, polluere et vastare omnia, nihil pensi neque sancti habere, quoad semet ipsam præcipitavit.

Nam ubi primum ex nobilitate reperti sunt, qui veram gloriam injustæ potentiæ anteponerent; moveri civitas, et dissensio civilis, quasi permixtio terræ, oriri cœpit. Nam postquam Tiberius et C. Gracchus, quorum majores Punico atque aliis bellis multum reipublicæ addiderant, vindicare plebem in libertatem, et paucorum scelera patefacere cœpere: nobilitas noxia, atque eo perculsa, modo per socios ac nomen Latinum, interdum per equites Romanos, quos spes societatis

Assim o ocio, por que tanto suspiravão na adversa fortuna, obtido, lhes foi muito mais aspero e acerbo. Porque a nobreza entrou a abusar do poder, o povo da liberdade; cada um entrou a chamar a si, a roubar, a arrebatar. Assim tudo foi puxado para duas partes, e a republica, que no meio ficava, foi dilacerada. Mas a nobreza, pela sua facção, era mais forte, a força do povo, solta e dispersa pela multidão, menos podia. Na paz e na guerra tudo se fazia por arbitrio de uns poucos; tinhão estes em seu poder o erario, as provincias, as magistraturas, as honras e os triunfos; o povo carregava com a milicia e com a pobreza. Os generaes com uns poucos de individuos roubavão os despojos da guerra; e entretanto os pais, ou pequenos filhos dos soldados, se tinhão a desgraça de confinar com algum mais poderoso, erão expulsos dos seus lares. Assim a avareza com a prepotencia, sem modo, nem modestia, invadio, violou, destruio tudo; nada havia para ella de respeitavel ou santo, até que por si mesma se precipitou.

Porque apenas entre os mesmos nobres apparecêrão alguns, que ao injusto poder antepuzessem a verdadeira gloria; a cidade se perturbou, e, como um terremoto, rebentárão as discordias civis. Pois desde que Tiberio e C. Graccho, cujos maiores na guerra Punica e outras muito a crescentárão a republica, entrárão a vindicar ao povo a liberdade, e a patentear os crimes de uns poucos; a nobreza, culpada e por isso receosa, já por alliados e cidadãos do Lacio, já por cavalleiros

a plebe dimoverat, Gracchorum actionibus obviam ierat; et primo Tiberium, dein paucos post annos eadem ingredientem Caium, tribunum alterum, alterum triumvirum coloniis deducendis, cum M. Fulvio Flacco ferro necaverat. Et sane Gracchis, cupidine victoriæ, haud satis moderatus animus fuit; sed bono vinci satius est, quam malo more injuriam vincere.

Igitur ea victoria nobilitas ex libidine sua usa, multos mortales ferro, aut fuga exstinxit, plusque in reliquum sibi timoris, quam potentiæ addidit. Quæ res plerumque magnas civitates pessum dedit, dum alteri alteros vincere quovis modo, et victos acerbius ulcisci volunt. Sed de studiis partium et omnibus civitatis moribus si singulatim, aut pro magnitudine parem disserere; tempus, quam res, maturius me deserat. Quamobrem ad inceptum redeo.

Post Auli fœdus exercitusque nostri fœdam fugam, Metellus et Silanus consules designati provincias inter se partiverant; Metelloque Numidia evenerat, acri viro, et quamquam adverso populi partibus, fama tamen æquabili et inviolata. Is ubi primum magistratum ingressus est, alia omnia sibi cum collega ratus, ad bellum, quod gesturus erat, animum intendit. Igitur diffidens veteri exercitui, milites eligere, scribere,

Romanos, que na esperança de entrar com ella em sociedade apartára do povo, foi obstando ás accusações dos Gracchos; até que primeiro Tiberio, e alguns annos depois Caio, que seguia as mesmas pisadas, aquelle tribuno, este triumviro para conduzir colonias, cahírão com M. Fulvio Flacco debaixo do seu ferro. Os Gracchos, he verdade, por nimio desejo de victoria não fôrão assaz moderados; mas para o homem de bem val mais ser vencido, que por meios indignos vencer o offensor.

A nobreza pois, abusando desta victoria, com o ferro ou com a fuga exterminou milhares de cidadãos, o que lhe augmentou no futuro mais o terror, que o poder. O que tem pela maior parte deitado a perder os grandes estados, he querer um partido vencer o outro, seja por que modo fôr, e fartar-se de vingança nos vencidos. Mas se da raiva dos partidos e de todos os mais vicios da cidade, cada um de per si, ou segundo a sua grandeza, me propuzesse tratar, primeiro me faltára tempo, que materia. Por isso volto ao assumpto.

Depois do tratado de Aulo e vergonhosa fuga dos nossos, Metello e Silano, consules designados, sorteárão entre si as provincias, e sahio a Numidia a Metello, homem activo, e, bem que opposto ao partido popular, de constante e illibada fama. Este, apenas tomou posse do cargo, depois de ter deliberado sobre os mais negocios, que lhe erão communs com o collega, voltou o cuidado para a guerra, que hia fazer. Não confiando pois no anti-

præsidia undique arcessere; arma, tela, equos, et cætera instrumenta militiæ parare; ad hoc commeatum affatim, denique omnia, quæ in bello vario et multarum rerum egenti usui esse solent. Cæterum ad ea patranda, senatus auctoritate, socii nomenque Latinum et reges ultro auxilia mittendo, postremo omnis civitas summo studio adnitebatur. Itaque, ex sententia omnibus rebus paratis compositisque, in Numidiam proficiscitur, magna spe civium, quum propter bonas artes, tum maxime, quod adversum divitias invictum animum gerebat; et avaritia magistratuum ante id tempus in Numidia nostræ opes contusæ, hostiumque auctæ erant.

Sed ubi in Africam venit, exercitus ei traditur a Sp. Albino proconsule, iners, imbellis, neque periculi, neque laboris patiens, lingua, quam manu, promptior, prædator ex sociis, et ipse præda hostium, sine imperio et modestia habitus. Ita imperatori novo plus ex malis moribus sollicitudinis, quam ex copia militum auxilii, aut bonæ spei accedebat. Statuit tamen Metellus, quamquam et æstivorum tempus comitiorum mora imminuerat, et exspectatione eventus civium animos intentos putabat, non prius bellum attingere, quam, majorum disciplina, milites laborare coegisset. Nam Albinus, Auli fratris exercitusque clade perculsus, postquam decreverat non egredi provincia, quantum temporis æstivorum in imperio fuit, plerumque milites stativis castris ha-

go exercito, tratou de escolher e alistar soldados, fazer vir soccorros de toda a parte, apromptar armaduras, lanças, cavallos, e mais petrechos de guerra, mantimentos sobrados; emfim quanto exigia uma guerra varia e sujeita a mil precisões. Mas para todos estes preparos concorrião á porfia o senado com a sua auctoridade, os alliados, os Latinos, e os reis com espontaneos auxilios, emfim toda a cidade com os maiores desejos. Prompto e arranjado tudo a seu gosto, partio para a Numidia com grandes esperanças de todos os cidadãos, assim pelos seus talentos, como principalmente porque tinha huma alma invencivel ao ouro; e pela avareza dos chefes seus antecessores, as nossas forças se achavão ali abatidas, as do inimigo augmentadas.

Quando chegou á Africa, lhe foi entregue pelo proconsul Sp. Albino um exercito inerte, imbelle, esquivo ao trabalho e perigo, mais prompto de lingua, que de braço, roubador dos alliados, e presa dos inimigos, costumado á insubordinação e incontinencia. Assim ao novo chefe davão mais cuidado os máos costumes, que afouteza ou bôa esperança o numero dos soldados. Metello, bem que a demora dos comicios lhe tinha tomado parte do verão, e sabia que o povo estava impaciente na expectação do exito da guerra, assentou comtudo não a principiar, sem primeiro obrigar os soldados a trabalhar, pela antiga disciplina. Pois que Albino, aterrado com o destroço do irmão e do seu exercito, tendo assentado não sahir da provincia, todo o tempo do verão, que esteve no com-

bebat; nisi quum odor, aut pabuli egestas locum mutare subegerat. Sed neque muniebantur, neque more militari vigiliæ deducebantur; uti cuique libebat, ab signis aberat. Lixæ permixti cum militibus die noctuque vagabantur, et palantes agros vastare, villas expugnare, pecoris et mancipiorum prædas certantes agere, eaque mutare cum mercatoribus vino advectitio, et aliis talibus; præterea frumentum publice datum vendere, panem in dies mercari; postremo, quæcumque dici aut fingi queunt ignaviæ luxuriæque probra, in illo exercitu cuncta fuere, et alia amplius.

Sed in ea difficultate Metellum non minus, quam in rebus hostilibus, magnum et sapientem virum fuisse comperior; tanta temperantia inter ambitionem sævitiamque moderatum. Namque edicto primum adjumenta ignaviæ sustulisse, ne quisquam in castris panem, aut quem alium coctum cibum venderet; ne lixæ exercitum sequerentur; ne miles gregarius in castris, neve in agmine servum aut jumentum haberet; cæteris arcte modum statuisse. Præterea transversis itineribus quotidie castra movere, juxta ac si hostes adessent, vallo atque fossa munire, vigilias crebras ponere, et eas ipse cum legatis circuire; item in agmine, in primis modo, modo in postremis, sæpe in medio adesse, ne quispiam ordine egrederetur, ut cum signis frequentes incederent, miles cibum et arma portaret. Ita prohibendo a

mando quasi nunca mudou de campo, senão obrigado pelo máo cheiro ou falta de forragens. Mas nem se forticavão, nem, segundo o estylo militar, destacavão piquetes; quando cada um queria, desamparava as bandeiras. Os vivandeiros misturados com os soldados vagavão noite e dia, devastando campos abertos, assaltando quintas, á porfia a quem mais tomadias havia de fazer em gados e escravos; o que tudo trocavão com os mercadores por vinhos estrangeiros e outras cousas taes; vendião além disso o trigo fornecido pelo estado, e diariamente compravão pão; emfim quanto dizer e imaginar se póde de molleza, luxo e infamia, tudo, e muito mais ainda, se via naquelle exercito.

Mas em difficuldades taes, não menos que nos combates, Metello se mostrou no meu conceito homem grande e sabio: com tanta moderação se houve entre o rigor e a ambiciosa brandura. Porque principiou por tirar todos os nutrimentos da molleza, ordenando, que nos arraiaes ninguem vendesse pão, ou comida alguma cozida; que os vivandeiros não seguissem o exercito; que nenhum soldado raso no campo ou em marcha tivesse escravo ou cavalgadura, e pôz cobro em tudo o mais com o mesmo aperto. Além disto por caminhos transversaes mudava todos os dias de campo, e se entrincheirava como em presença do inimigo, postava amiudadas sentinellas, e elle mesmo as rondava com os seus legados, nas marchas apparecia já na frente, já na retaguarda, e muitas vezes no centro, para que ninguem sabisse das

delictis magis, quam vindicando, exercitum brevi confirmavit.

Interea Jugurtha, ubi, quæ Metellus agebat, ex nuntiis accepit, simul de innocentia ejus certior Romæ factus, diffidere suis rebus, ac tum demum veram deditionem facere conatus est. Igitur legatos ad consulem cum suppliciis mittit, qui tantummodo ipsi liberisque vitam peterent, alia omnia dederent populo Romano. Sed Metello jam antea experimentis cognitum erat genus Numidarum infidum, ingenio mobili, novarum rerum avidum esse. Itaque legatos, alium ab alio diversos, aggreditur; ac paulatim tentando, postquam opportunos sibi cognovit, multa pollicendo persuadet, uti Jugurtham maxime vivum, sin id parum procedat, necatum sibi traderent: cæterum palam, quæ ex voluntate forent, regi nuntiari jubet.

Deinde ipse paucis diebus, intento atque infesto exercitu, in Numidiam procedit. Ubi, contra belli faciem, tuguria plena hominum, pecora cultoresque in agris erant; ex oppidis et mapalibus præfecti regis obviam procedebant, parati frumentum dare, commeatum portare, postremo omnia, quæ imperarentur, facere. Neque Metellus idcirco minus, sed pariter, ac si hostes adessent, munito agmine incedere, late explorare omnia, illa deditionis signa ostentui credere, et insidiis locum tentare. Itaque ipse cum expeditis

fileiras, todos bem unidos seguissem as bandeiras. e o soldado levasse as armas e o seu sustento. E assim, mais prevenindo, que punindo crimes, em breve restabeleceo o exercito.

Entre tanto Jugurtha, sabendo por seus emissarios o que fazia Metèllo, e ao mesmo tempo melhor certificado da sua inteireza em Roma, entrou a desconfiar da sua sorte, e então pertendeo render-se de véras. Para o que mandou embaixadores ao consul com as divisas e offrendas de quem supplica, pedindo sómente a vida para si e seus filhos, e tudo o mais entregando ao povo Romano. Metello porém já tinha experimentado antes quanto os Numidas são falsos, de genio vario, amantes de novidade. E assim chamando os embaixadores um a um, os foi pouco a pouco sondando; e, achando-os opportunos, á força de promessas os persuadio a que lhe entregassem Jugurtha vivo, podendo ser, quando não, morto; e em publico lhes mandou depois, que dissessem ao rei, que estava pelo que quizesse.

Poucos dias depois com um exercito animoso e terrivel invadio a Numidia: onde, sem apparencia alguma de guerra, achou habitados os casaes, gados e agricultores pelos campos: das cidades e aldeias os prefeitos do rei sahião a recebe-lo, promptos a fornecer trigo, transportar viveres; a fazer, em summa, quanto se lhes mandasse. Por isso não marchava Metello com menos precaução, mas com tanta, ou mais, que em presença do inimigo, sempre com o exercito em fórma, explorando tudo ao largo, suppondo que erão negaça

cohortibus, item funditorum et sagittarioru m delecta manu apud primos erat; in postremo C. Marius legatus cum equitibus curabat; in utrumque latus auxiliarios equites tribunis legionum et præfectis cohortium dispertiverat, ut cum his permixti velites, quocumque accederent, equitatus hostium propulsarent. Nam in Jugurtha tantus dolus, tantaque peritia locorum et militiæ erat, ut, absens an præsens, pacem an bellum gerens perniciosior esset, in incerto haberetur.

Erat haud longe ab eo itinere, quo Metellus pergebat, oppidum Numidarum, nomine Vacca, forum rerum venalium totius regni maxime celebratum, ubi et incolere, et mercari consueverant Italici generis multi mortales. Huc consul, simul tentandi gratia, et, si paterentur opportunitates loci, præsidium imposuit. Præterea imperavit frumentum et alia, quæ bello usui forent, comportare, ratus id, quod res monebat, frequentiam negotiatorum et commeatum juvaturum exercitum, et jam paratis rebus munimento fore.

Inter hæc negotia Jugurtha impensius modo legatos supplices mittere, pacem orare, præter suam liberorumque vitam, omnia Metello dedere. Quos item, uti priores, consul illectos ad proditionem domum dimittebat; regi pacem, quam postulabat, neque abnuere, neque polliceri; et inter eas moras promissa legatorum exspectare.

aquelles signaes de entrega, e se buscava occasião de o atraiçoar. Assim elle mesmo hia na frente com as cohortes ligeiras e um corpo escolhido de fundibularios e bésteiros; cobria a retaguarda com a cavallaria o seu legado C. Mario; por um e outro flanco repartia a cavallaria auxiliar com os tribunos das legiões e prefeitos das cohortes, para que os velites misturados com elles repellissem a cavallaria inimiga, donde quer que viesse. Pois tão manhoso era Jugurtha, tão conhecedor do terreno, que seria difficil decidir, se ausente, ou presente, em paz, ou em guerra mais temivel fosse.

Não longe do caminho, que seguia Metello ficava uma cidade Numida, por nome Vaca, praça de commercio a mais celebrada de todo o reino, onde costumavão residir e traficar muitos Italianos. O consul, para reconhecer, e juntamente apoderar-se das vantagens deste ponto, se lhe fossem franqueadas, ali se dirigio e lhe metteo guarnição. Mandou além disso conduzir trigo e outras provisões de guerra, crendo, com toda a razão, que a concorrencia dos negociantes e os depositos serião um recurso para o exercito, e a praça manteria em sujeição as conquistas já feitas.

Neste meio tempo Jugurtha com maior instancia mandava novos embaixadores em trajes de supplicante, a pedir paz, e offerecer tudo a Metello, excepto a sua vida e a de seus filhos. Os quaes o consul despedia depois de os alliciar para a traição, como aos primeiros; sem negar, nem prometter ao rei a paz, que pedia; e nestas

Jugurtha ubi Metelli dicta cum factis composuit, ac se suis artibus tentari animadvertit; quippe cui verbis pax nunciabatur, cæterum re bellum asperrimum erat; urbs maxima alienata, ager hostibus cognitus, animi popularium tentati: coactus rerum necessitudine, statuit armis certare. Igitur explorato hostium itinere, in spem victoriæ adductus ex opportunitate loci, quam maximas potest, copias omnium generum parat, ac per tramites occultos exercitum Metelli antevenit.

Erat in ea parte Numidiæ, quam Adherbal in divisione possederat, flumen oriens a meridie, nomine Muthul, a quo aberat mons ferme millia passuum viginti, tractu pari, vastus ab natura et humano cultu; sed ex eo medio quasi collis oriebatur, in immensum pertingens, vestitus oleastro ac myrtetis, aliisque generibus arborum, quæ humi arido atque arenoso gignuntur. Media autem planities deserta, penuria aquæ, præter flumini propinqua loca. Ea consita arbustis pecore atque cultoribus frequentabantur.

Igitur in eo colle, quem transverso itinere porrectum docuimus, Jugurtha, extenuata suorum acie, consedit. Elephantis et parti copiarum pedestrium Bomilcarem præfecit; eumque edocet, quæ ageret. Ipse propior montem cum omni equitatu et peditibus delectis suos collocat. Dein singulas turmas et manipulos circumiens monet at-

demoras esperava o desempenho das promessas dos embaixadores. Jugurtha, confrontando os ditos com os factos de Metello, e vendo-se atacado com as suas mesmas armas (porque em palavras se lhe annunciava paz; mas na realidade se lhe fazia cruelissima guerra, a principal cidade se lhe tinha alienado, os inimigos lhe reconhecião o paiz, e seduzião os vassallos) forçado pela necessidade, resolveo combater. Explorado pois o caminho dos inimigos, concebendo grandes esperanças de victoria pela vantagem da posição, junta quantas forças póde de toda a especie, e por occultas veredas toma a frente a Metello.

Naquella parte da Numidia, que na divisão possuíra Adherbal, passa um rio, que nasce ao meio-dia, chamado Muthul, distante do qual vinte mil passos quasi, se estende parallela uma serra, calva por natureza e falta de cultura; no espaço intermedio se eleva a perder de vista como um cabeço, vestido de zambujos, mirtedos, e outras especies de arbustos, que se gerão em terras áridas e arenosas. No meio ha uma planicie, deserta por falta d'agua; excepto as margens do rio, que, abastecidas de arvores, erão frequentadas de gados e agricultores.

Neste cabeço pois, que dissémos se estende a travez da estrada, postou Jugurtha o seu exercito em ordem singela. Deo a Bomilcar o commando dos elefantes e parte da infanteria, dizendo-lhe o que devia fazer. Elle com toda a cavallaria e infanteria escolhida se postou nas abas do monte. Depois girando por cada uma das cohortes e ma-

que obtestatur, uti memores pristinæ virtutis et victoriæ sese regnumque suum ab Romanorum avaritia defendant : cum his certamen fore, quos antea victos sub jugum miserint; ducem illis, non animum mutatum; quæ ab imperatore decuerint, omnia suis provisa; locum superiorem, uti prudentes cum imperitis, ne pauciores cum pluribus, aut rudes cum bello melioribus manum consererent; proinde parati intentique essent, signo dato, Romanos invadere; illum diem aut omnes labores et victorias confirmaturum, aut maximarum ærumnarum initium fore. Ad hoc viritim, uti quemque, ob militare facinus, pecunia aut honore extulerat, commonefacere beneficii sui, et eum ipsum aliis ostentare; postremo, pro cujusque ingenio, pollicendo, minitando, obtestando, alium alio modo excitare : quum interim Metellus, ignarus hostium, monte degrediens cum exercitu conspicatur.

Primo dubius, quidnam insolita facies ostenderet. Nam inter virgulta equi Numidæque consederant, neque plane occultati humilitate arborum, et tamen incerti, quidnam esset; quum natura loci, tum dolo, ipsi atque signa militaria obscurati. Dein, brevi cognitis insidiis, paulisper agmen constituit. Ibi commutatis ordinibus, in dextero latere, quod proximum hostis erat, triplici-

nipulos, admoesta e roga aos soldados, que, lembrados do seu antigo valor e recente victoria, se defendão a si e ao seu reino da avareza dos Romanos: que hião combater com os mesmos que, vencidos, ha pouco fizerão passar por baixo do jugo; de capitão, não de animo, tinhão mudado; que pelo que lhe respeitava, como general, tudo tinha provido aos seus; que lhes procurára um lugar vantajoso para que scientes do terreno pelejassem com ignorantes, e não poucos com muitos, ou bisonhos com mais aguerridos; que estivessem portanto promptos e dispostos, para, dado o signal, cahirem sobre os Romanos; que ou aquelle dia havia de coroar todos os seus trabalhos e victorias, ou ser o principio das maiores calamidades. E depois, homem por homem, onde via algum daquelles, que por suas militares proezas tinha remunerado com dinheiro ou com honras, lhe lembrava o seu beneficio, e o mostrava aos outros; emfim, segundo o caracter de cada um, promettendo, ameaçando, supplicando, a cada qual por seu modo excitava: quando Metello, sem saber do inimigo, ao baixar do monte com o seu exercito, dá com os olhos nelle.

Esteve ao principio em duvida sobre o que devesse pensar de tão estranho objecto: porque os Numidas e cavallos estavão mettidos entre o mato, não cobertos de todo, pela pequenez dos arbustos, mas quanto bastava para se não distinguir o que era, tanto pela natureza do terreno, como porque, por manha, se occultavão a si e as bandeiras. Mas, em breve conhecida a cilada, fez alto por

bus subsidiis aciem instruxit; inter manipulos funditores et sagittarios dispertit; equitatum omnem in cornibus locat; ac pauca pro tempore milites hortatus, aciem, sicuti instruxerat, transversis principiis, in planum deducit.

Sed ubi Numidas quietos, neque colle degredi animadvertit; veritus ex anni tempore et inopia aquæ, ne siti conficeretur exercitus, Rutilium legatum cum expeditis cohortibus et parte equitum præmisit ad flumen, uti locum castris antecaperet, existimans, hostes crebro impetu et transversis præliis iter suum remoraturos, et quoniam armis diffiderent, lassitudinem et sitim militum tentaturos. Deinde ipse pro re atque loco, sicuti monte descenderat, paulatim procedere; Marium post principia habere; ipse cum sinistræ alæ equitibus esse, qui in agmine principes facti erant.

At Jugurtha, ubi extremum agmen Metelli primos suos prætergressum videt, præsidio quasi duum milium peditum montem occupat, qua Metellus descenderat; ne forte cedentibus adversariis receptui, ac post munimento foret. Dein, repente signo dato, hostes invadit. Numidæ, alii postremos cædere; pars a sinistra ac dextera tentare; infensi adesse atque instare; omnibus locis

um pouco; e ali formou em ordem inversa em batalha, com tres linhas subsidiarias, sobre o flanco direito, por lhe ficar d'ahi o inimigo; pelos intervallos dos manipulos distribuio fundibularios e bésteiros, postou nos flancos toda a cavallaria, e, fazendo aos soldados uma breve exhortação adequada ao tempo, conduzio o exercito á planicie, em ordem inversa, como o tinha formado.

Mas quando vio que os Numidas ficavão quietos, e não descião do monte; receando que o calor da estação e a falta d'agua lhe consumisse o exercito, destacou para o rio o seu legado Rutilio com as cohortes ligeiras e parte da cavallaria, para tomar de antemão logar para os arraiaes, suppondo que o inimigo com frequentes escaramuças e ataques de flanco lhe retardaria a marcha, e, por desconfiar das armas, tentaria vencelo com o cansaço e com a sede. Depois, como o terreno e as circumstancias pedião, foi avançando com o mesmo vagar, com que descêra da serra; indo Mario na retaguarda dos principes, e elle em frente da cavallaria da ala esquerda, que na marcha occupava o logar destes.

Jugurtha quando vio que as ultimas filas de Metello tinhão passado as primeiras dos seus, com um destacamento de quasi dois mil infantes occupa o monte, por onde Metello descêra, para que, cedendo os contrarios, não pudessem ali acolher-se, e depois fortificar-se. Isto feito, de repente dado o signal, ataca os inimigos. Os Numidas, uns picão a retaguarda dos nossos, outros

Romanorum ordines conturbare. Quorum etiam qui firmioribus animis obvii hostibus fuerant, ludificati incerto prælio, ipsi modo eminus sauciabantur; neque contra feriendi, aut conserendi manum copia erat. Ante jam docti ab Jugurtha equites, ubicumque Romanorum turma insequi cœperat, non confertim, neque in unum sese recipiebant, sed alius alio quam maxime diversi. Ita numero priores, si a persequendo hostes deterrere nequiverant, disjectos ab tergo, aut lateribus circumveniebant : sin opportunior fugæ collis, quam campi, fuerat, ea vero consueti Numidarum equi facile inter virgulta evadere; nostros asperitas et insolentia loci retinebat.

Cæterum facies totius negotii varia, incerta, fœda atque miserabilis. Dispersi a suis, pars cedere, alii insequi; neque signa, neque ordines observare; ubi quemque periculum ceperat, ibi resistere ac propulsare; arma, tela, equi, viri, hostes atque cives permixti; nihil consilio, neque imperio agi; fors omnia regere. Itaque multum diei processerat, quum etiam tum eventus in incerto erat. Denique omnibus labore et æstu languidis, Metellus, ubi videt Numidas minus instare, paulatim milites in unum conducit, ordines restituit, et cohortes legionarias quatuor adversum pedites hostium collocat. Eorum magna pars superioribus locis fessa consederat. Simul orare et

investem pela direita e pela esquerda, apertão, insistem porfiosos; turbão por toda a parte as fileiras dos Romanos. Mesmo aquelles, que mais intrepidos corrião a arrosta-los, escarnecidos com ataques falsos, erão feridos de longe, sem poderem ferir, nem fazer uso das armas. Os de cavallo, de antemão instruidos por Jugurtha, sempre que uma turma de Romanos começava a ir sobre elles, não se retiravão em corpo, nem para um mesmo sitio; mas cada qual para seu lado na maior dispersão. Desta sorte, superiores em numero, se com o temor não dissuadião os nossos de os seguir, pela retaguarda e pelos flancos envolvião os que se desgarravão; e, se para a retirada lhes convinha mais a serra, que a planicie, os cavallos Numidas, de acostumados facilmente rompião pelo mato; e a escabrosidade e estranheza do terreno embaraçava os nossos.

Vario, incerto, horrido, e lastimoso era da batalha o aspectó. Desgarrados dos seus, estes cedião, aquelles avançavão; nem a alinhamento, nem a bandeiras se olhava; cada qual onde o perigo o surprende, ahi pára, e se defende; armaduras, lanças, cavallos, infantes, inimigos, Romanos tudo confundido; nem plano, nem commando havia: o acaso regia tudo. Nisto se havia passado a mor parte do dia, e o exito era incerto ainda. Emfim, desfallecidos todos com a fadiga e calor, vendo Metello, que os Numidas afrouxavão, reune pouco a pouco e ordena os soldados, e posta quatro cohortes legionarias em frente da infanteria inimiga, grande parte da qual, fatigada, se reti-

hortari milites, ne deficerent, neu paterentur hostes fugientes vincere : neque illis castra esse, neque munimentum ullum, quo cedentes tenderent; in armis omnia sita. Sed ne Jugurtha quidem interea quietus erat : circuire, hortari, renovare prælium, et ipse cum delectis tentare omnia; subvenire suis, hostibus dubiis instare; quos firmos cognoverat, eminus pugnando retinere. Eo modo inter se duo imperatores, summi viri, certabant, ipsi pares, cæterum opibus disparibus. Nam Metello virtus militum erat, locus adversus; Jugurthæ alia omnia, præter milites, opportuna.

Denique Romani ubi intelligunt, neque sibi perfugium esse, neque ab hoste copiam pugnandi fieri, et jam diei vesper erat; adverso colle, sicuti præceptum fuerat, evadunt. Amisso loco, Numidæ fusi fugatique : pauci interiere; plerosque velocitas et regio hostibus ignara tutata sunt. Interea Bomilcar, quem elephantis et parti copiarum pedestrium præfectum ab Jugurtha supra diximus, ubi eum Rutilius prætergressus est, paulatim suos in æquum locum deducit; ac, dum legatus ad flumen, quo præmissus erat, festinans pergit, quietus, uti res postulabat, aciem exornat, neque remittit, quid ubique hostis ageret, explorare. Postquam Rutilium consedisse jam, et animo vacuum accepit, simulque ex Jugurthæ prælio clamorem augeri; veritus, ne legatus, cognita re, laborantibus suis auxilio foret, aciem, quam, diffidens virtuti militum, arcte statuerat,

rára ás montanhas : exhorta e pede aos soldados, que não desfalleção, nem soffrão que vença um inimigo, que foge : que nem campo, nem trincheira tinhão, onde, cedendo, se refugiassem; nas armas estava tudo. Nem entretanto se dava ao ocio Jugurtha; girava, exhortava, renovava a peleja, e elle mesmo com um corpo escolhido faz todas as tentativas; acode aos seus, aos inimigos vacillantes carrega, aos que vê firmes retem de longe pelejando. Assim dous capitaës, ambos grandes homens, entre si combatem, iguaes em talentos, desiguaes em meios. Tinha Metello por si o valor dos soldados, contra si o terreno; tudo, menos bôa tropa, favorecia a Jugurtha.

Vendo pois os Romanos que lhes não restava refugio, o inimigo se esquivava ao combate, e a noite se approximava, ganhão o monte vizinho, como lhes fôra ordenado. Os Numidas, perdido o campo, fôrão rotos e afugentados : poucos morrêrão; a velocidade e o terreno desconhecido aos nossos, salvárão o resto. Entretanto Bomilcar, a quem Jugurtha entregára, como disse, o commando dos elefantes e parte da infanteria, apenas Rutilio lhe passou para a frente, manso e manso conduz os seus á planicie; e, em quanto o legado se apressa em chegar ao rio, para onde fôra mandado, com o socego, que pedia o negocio, forma a sua tropa, sem deixar de observar o que n'um e n'outro posto fazia o inimigo. Apenas ouvio que Rutilio estava já acampado e livre de receio, e se augmentava o clamor onde combatia Jugurtha; temendo, que o legado, conhecido o apêrto dos

quo hostium itineri officeret, latius porrigit, eoque modo ad Rutilii castra procedit.

Romani ex improviso pulveris vim magnam animadvertunt; nam prospectum ager arbustis consitus prohibebat. Et primo rati humum aridam vento agitari; post, ubi æquabilem manere, et, sicuti acies movebatur, magis magisque appropinquare vident : cognita re, properantes arma capiunt, ac pro castris, sicuti imperabatur, consistunt. Deinde, ubi propius ventum est, utrimque magno clamore concurritur. Numidæ tantummodo remorati, dum in elephantis auxilium putant, postquam eos impeditos ramis arborum, atque ita disjectos circumveniri vident, fugam faciunt; ac plerique, abjectis armis, collis, aut noctis, quæ jam aderat, auxilio integri abeunt. Elephanti quatuor capti; reliqui omnes, numero quadraginta, interfecti.

At Romani, quamquam itinere atque opere castrorum et prælio fessi lætique erant; tamen, quod Metellus amplius opinione morabatur, instructi intentique obviam procedunt. Nam dolus Numidarum nihil languidi, neque remissi patiebatur. Ac primo, obscura nocte, postquam haud procul inter se erant, strepitu, velut hostes adventare, alteri apud alteros formidinem simul et tumultum facere; et pene imprudentia admissum

seus, os fosse soccorrer; para lhe impedir o passo estende mais a linha, que ao principio formára com filas mui unidas, por desconfiar do valor dos soldados, e deste modo avança para o campo de Rutilio.

Os Romanos avistão de repente uma espessa nuvem de poeira, sem descobrir a causa; porque o terreno coberto de arbustos, lhes impedia a vista. Primeiro julgárão ser terra sêcca agitada pelo vento; depois, vendo que se mantinha igual, e, á medida que se movia a tropa, mais e mais se hia approximando; entendido o que era, tomão as armas á pressa, e se postão em frente do campo, como lhes era ordenado. Mal estiverão a alcance, com medonho alarido remettem uns aos outros. Tiverão-se um pouco os Numidas, em quanto contárão com o soccorro dos elefantes; mas quando vírão, que, impedidos pelos ramos das arvores, e por isso desunidos, erão cercados pelos nossos, fogem; e os mais delles, arrojando as armas, com o auxilio dos montes e da noite, que era chegada, se escapão a salvo. Fôrão tomados quatro elefantes, mortos os mais, em numero de quarenta.

Os Romanos, bem que fatigados da marcha, do entrincheiramento, e da batalha, e alegres com a victoria; comtudo, como já lhes tardava Metello, formados e apercebidos marchão ao seu encontro; porque a falsidade dos Numidas não permittia frouxidão, nem descuido. Mas, estando já os dous corpos entre si não longe, com o estrepito, na escuridão da noite, se causárão um ao outro susto e perturbação, como se fossem inimigos; e este en-

facinus miserabile, ni utrimque præmissi equites rem exploravissent. Igitur pro metu repente gaudium exortum, milites alius alium læti appellant, acta edocent atque audiunt; sua quisque fortia facta ad cœlum ferre. Quippe res humanæ ita sese habent. In victoria vel ignavis gloriari licet; adversæ res etiam bonos detrectant.

Metellus in iisdem castris quatriduo moratus, saucios cum cura reficit, meritos in præliis more militiæ donat, universos in concione laudat, atque agit gratias; hortatur, ad cætera, quæ levia sunt, parem animum gerant: pro victoria satis jam pugnatum, reliquos labores pro præda fore. Tamen interim transfugas et alios opportunos, Jugurtha ubi gentium, aut quid agitaret, cum paucisne esset, an exercitum haberet, ut sese victus gereret, exploratum misit. At ille sese in loca saltuosa et natura munita receperat; ibique cogebat exercitum numero hominum ampliorem, sed hebetem infirmumque, agri ac pecoris magis quam belli cultorem. Id ea gratia eveniebat, quod præter regios equites nemo omnium Numidarum ex fuga regem sequitur. Quo cujusque animus fert, eo discedunt. Neque id flagitium militiæ ducitur; ita se mores habent.

Igitur Metellus ubi videt regis etiam tum animum ferocem esse; bellum renovari, quod, nisi ex illius libidine, geri non posset; præterea ini-

garo teria dado logar a alguma desgraça, se os cavalleiros de uma e outra parte avançados, não reconhecessem quem era. Subito ao medo succedeo então o prazer : contentes os soldados saudão uns aos outros, contão e ouvem o succedido; cada um exalta ás nuvens as suas proezas. Que este he o costume dos homens : na victoria mesmo aos cobardes he dado gloriar-se; nos revezes criminão-se até os fortes.

Metello, demorando-se quatro dias no mesmo campo, cura com desvélo os feridos, premeia militarmente os que nas duas batalhas se distinguírão, louva e agradece a todos em parada geral; e lhes recommenda que para o mais, que era já leve, conservem o mesmo animo : que pela victoria tinhão já combatido assaz, o resto dos trabalhos seria pelos despojos. Entretanto por transfugas e outros espias habeis mandou observar onde estava Jugurtha, que fazia, se tinha poucas ou muitas forças, como se comportava depois de vencido. Tinha-se elle retirado a logares cobertos e fortificados por natureza; e ali juntava um exercito maior em numero de homens, mas bisonho e fraco, mais prático em lavoura e gados, que em cousas de guerra. Isto lhe succedia, porque entre os Numidas, á excepção dos cavalleiros da guarda real, ninguem segue o rei na fuga. Cada um vai para onde quer; o que se não tem por deshonra na milicia : cada terra, seu uso.

Vendo Metello, que o animo do rei se não quebrantava ainda; que se renovava uma guerra, que não podia ser feita, senão á vontade deste;

quum certamen sibi cum hostibus, minore detrimento illos vinci, quam suos vincere : statuit non præliis, neque in acie, sed alio more bellum gerendum. Itaque in loca Numidiæ opulentissima pergit, agros vastat, multa castella et oppida, temere munita aut sine præsidio, capit incenditque; puberes interficit; jubet alia omnia militum prædam esse. Ea formidine multi mortales Romanis dediti obsides; frumentum, et alia, quæ usui forent, affatim præbita; ubicumque res postulabat, præsidium impositum.

Quæ negotia multo magis, quam prælium male pugnatum ab suis, regem terrebant. Quippe cujus spes omnis in fuga sita erat, sequi cogebatur, et qui sua loca defendere nequiverat, in alienis bellum gerere. Tamen ex inopia, quod optimum videbatur, consilium capit : exercitum plerumque in iisdem locis opperiri jubet; ipse cum delectis equitibus Metellum sequitur; nocturnis et aviis itineribus ignoratus Romanos palantes repente aggreditur. Eorum plerique inermes cadunt, multi capiuntur, nemo omnium intactus profugit; et Numidæ, priusquam ex castris subveniretur, sicuti jussi erant, in proximos colles discedunt.

Interim Romæ gaudium ingens ortum, cognitis Metelli rebus : ut seque et exercitum more majorum gereret; in adverso loco, victor tamen virtute fuisset; hostium agro potiretur; Jugurtham, magnificum ex Auli socordia, spem salutis in so-

que a luta com os inimigos lhe era desigual, soffrendo estes menos em ser vencidos, que os seus em vencer; assentou fazer a guerra, não com batalhas, nem em forma; mas por outro modo. Dirige-se pois aos logares mais ferteis da Numidia, devasta os campos, toma e queima muitos castellos e cidades mal fortificadas ou desguarnecidas, degolla todos os moços, e entrega tudo o mais á pilhagem dos soldados. Com este medo muitos fôrão entregues em refens aos Romanos; trigo e o mais, que precisavão lhes era fornecido á farta, e, onde convinha, se acceitou guarnição.

Estas operações aterravão muito mais o rei, que a batalha mal pelejada pelos seus. Pois, tendo elle posto na fuga toda a sua esperança, era obrigado a seguir, e a combater nas posições alheias, não tendo podido defender as suas. Em tal apuro, abraça o partido, que julgou melhor: deixa no mesmo campo o grosso do exercito; com a cavallaria escolhida segue a Metello; e, em todo o segredo com marchas nocturnas por fóra de estrada, assalta de subito alguns Romanos dispersos. Os mais delles, desarmados, são mortos, aprisionados muitos, illeso nenhum escapa; e os Numidas, antes que chegasse dos arraiaes soccorro, segundo as ordens, que tinhão, se retirão aos montes vizinhos.

Entretanto a noticia das operações de Metello, de como elle se regia a si e ao seu exercito á maneira dos antigos, em terreno desvantajoso soubéra vencer por valor, assenhorar-se do paiz inimigo, e obrigar Jugurtha, empavonado ainda com a

litudine aut fuga coegisset habere. Itaque senatus ob ea feliciter acta diis immortalibus supplicia decernere; civitas, trepida antea et sollicita de belli eventu, læta agere; de Metello fama præclara esse. Igitur eo intentior ad victoriam niti, omnibus modis festinare; cavere tamen, necubi hosti opportunus fieret; meminisse, post gloriam invidiam sequi. Ita, quo clarior, eo magis anxius erat. Neque, post insidias Jugurthæ, effuso exercitu prædari. Ubi frumento, aut pabulo opus erat, cohortes cum omni equitatu præsidium agitabant; exercitus partem ipse, reliquos Marius ducebat. Sed igni magis, quam præda, ager vastabatur. Duobus locis, haud longe inter se, castra faciebant. Ubi vi opus erat, cuncti aderant; cæterum, quo fuga atque formido latius cresceret, diversi agebant.

Eo tempore Jugurtha per colles sequi; tempus, aut locum pugnæ quærere; qua venturum hostem audierat, pabulum et aquarum fontes, quorum penuria erat, corrumpere; modo se Metello, interdum Mario ostendere; postremos in agmine tentare, ac statim in colles regredi; rursus aliis, post aliis minitari; neque prælium facere, neque otium pati; tantummodo hostem ab incepto retinere.

impericia d'Aulo, a pôr a esperança de salvação nos desertos e na fuga, tinha produzido em Roma extraordinario júbilo. O senado por tão felizes successos decretou acções de graças aos deoses immortaes; a cidade, até ali temerosa e sollicita do exito da guerra, pulava de contente; Metello sobresahia a todos em fama. Por isso mesmo elle inda mais ancioso forcejava pela victoria, apressando-a por todos os meios; acautelando comtudo, que em nenhum ponto désse opportunidade ao inimigo, lembrado de que a inveja segue sempre a gloria. Assim quanto mais illustre, tanto mais cuidadoso andava. Nunca mais, depois da surpreza de Jugurtha, com o exercito disperso tornou a saquear. Se havia precisão de trigo, ou feno, as cohortes com toda a cavallaria escoltavão os forrageadores, conduzindo elle uma parte do exercito, Mario a outra. E mais com o fogo, que com a pilhagem devastavão o paiz. Acampavão em dous logares, pouco distantes entre si. Quando se precisava de força, todos acudião, e no em tanto, para mais ao largo espalhar o terror, estavão separados.

Entretanto Jugurtha os seguia pelos outeiros, espreitando logar e occasião de ataque; por onde o inimigo devia passar, destruia os pastos e as fontes, das quaes havia grande falta; umas vezes se mostrava a Metello, outras a Mario; nas marchas lhes picava a retaguarda, e logo se retirava ás montanhas; tornava depois a ameaçar ora uns, ora outros, sem fazer guerra, nem permittir descanso; só para distrahir da empresa o inimigo.

Romanus imperator ubi se dolis fatigari videt, neque ab hoste copiam pugnandi fieri; urbem magnam, et in ea parte, qua sita erat, arcem regni, nomine Zamam, statuit oppugnare, ratus id, quod negotium poscebat, Jugurtham laborantibus suis auxilio venturum, ibique prælium fore. At ille, quæ parabantur, a perfugis edoctus, magnis itineribus Metellum antevenit: oppidanos hortatur, mœnia defendant; additis auxilio perfugis, quod genus ex copiis regis, quia fallere nequibat, firmissimum erat. Præterea pollicetur, in tempore semet cum exercitu affore.

Ita compositis rebus, in loca quam maxime occulta discedit, ac post paulo cognoscit, Marium ex itinere frumentatum cum paucis cohortibus Siccam missum; quod oppidum primum omnium post malam pugnam ab rege defecerat. Eo cum delectis equitibus noctu pergit, et jam egredientibus Romanis, in porta pugnam facit; simul magna voce Siccenses hortatur, uti cohortes ab tergo circumveniant: fortunam illis præclari facinoris casum dare; si id fecerint, postea sese in regno, illos in libertate sine metu ætatem acturos. Ac ni Marius signa inferre atque evadere oppido properavisset, profecto cuncti, aut magna pars Siccensium fidem mutavissent, tanta mobilitate sese Numidæ agunt. Sed milites Jugurthini paulisper ab rege sustentati, postquam majore vi hostes urgent, paucis amissis, profugi discedunt.

O capitão Romano vendo, que o inimigo o fatigava com fóscas, e não esperava combate; resolveo expugnar uma grande cidade, baluarte do reino na parte, em que estava situada, por nome Zama, pensando, que, por assim o pedir o caso, Jugurtha viria em soccorro dos sitiados, e ahi se baterião. Mas elle, avisado pelos desertores do que se preparava, a grandes marchas se anticipa a Metello; exhorta os da praça a que se defendão; deixando-lhes em reforço os transfugas, gente, que de todas as suas tropas era a mais firme, porque já não podia trahir; e lhes promette além disso, que em tempo opportuno ali seria com o seu exercito.

Dispostas assim as cousas, se retira ás mais occultas brenhas; e pouco depois ouvindo, que Mario fôra do caminho mandado a Sicca, cidade, que primeiro o abandonára depois da infeliz batalha, com poucas cohortes a apromptar mantimentos; lá se dirige de noite, e quando já os Romanos sahião, os acommette ás portas, e grita ao mesmo tempo aos Siccenses, que envolvão as cohortes pela retaguarda; que a fortuna lhes deparava a occasião de um illustre feito; se isto fizessem, para sempre asseguravão a elle o reino, a si a liberdade. E, se Mario, inclinando as bandeiras, se não apressa em sahir da cidade, todos, ou a maior parte dos Siccenses o trahirião: tão voluveis são os Numidas. Os soldados Jugurthinos tiverão-se um pouco, sustentados pelo rei; mas, carregados com mais força pelos inimigos, fugindo se retirão.

Marius ad Zamam pervenit. Id oppidum in campo situm, magis opere, quam natura munitum erat, nullius idoneæ rei egens, armis virisque opulentum. Igitur Metellus, pro tempore atque loco paratis rebus, cuncta mœnia exercitu circumvenit; legatis imperat, ubi quisque curaret. Deinde, signo dato, undique simul clamor ingens oritur. Neque ea res Numidas terret; infensi intentique sine tumultu manent. Prælium incipitur. Romani, pro ingenio quisque, pars eminus glande, aut lapidibus pugnare; evadere alii, alii succedere, ac murum modo suffodere, modo scalis aggredi; cupere prælium in manibus facere. Contra ea oppidani in proximos saxa volvere; sudes, pila, præterea picem sulfure et tæda mixtam, ardentia mittere. Sed ne illos quidem, qui procul manserant, timor animi satis muniverat. Nam plerosque jacula, tormentis aut manu emissa, vulnerabant, parique periculo, sed fama impari, boni atque ignavi erant.

Dum apud Zamam sic certatur, Jugurtha ex improviso castra hostium cum magna manu invadit; remissis, qui in præsidio erant, et omnia magis quam prælium exspectantibus, portam irrumpit. At nostri, repentino metu perculsi, sibi quisque pro moribus consulunt: alii fugere, alii arma capere; magna pars vulnerati, aut occisi. Cæterum ex omni multitudine non amplius quadraginta, memores nominis Romani, grege facto, locum cepere paulo, quam alii, editiorem, neque

Mario chega a Zama. Esta cidade situada n'um plaino, mais forte por arte, que por natureza, achava-se bem provida de tudo o necessario, e muito mais de armas e gente. Metello, feitas as disposições segundo o tempo e o lugar, cerca toda a cidade com o exercito, assignando aos legados, onde cada um devia commandar. Depois, dado o signal, de toda a parte a um tempo se levanta um medonho clamor. Não se aterrão com isso os Numidas; infensos, prevenidos, sem tumulto aguardão. Trava-se o combate. Os Romanos, cada qual segundo a sua bravura, uns pelejão de longe com pelouros, ou pedras; estes recuão; aquelles avanção, e tentão ora minar, ora escalar os muros, anciosos de combater braço a braço. A isto respondião os da praça, rolando penedos contra os mais proximos, arremeçando chuços, lanças e fachos ardentes untados em pez e enxofre. Nem aos que mais lônge ficárão, o medo foi bastante escudo; que as armas de arremeço, atiradas á mão ou com maquinas, aos mais delles ferírão; e fortes e fracos, desiguaes em gloria, erão iguaes no perigo.

Em quanto em Zama se combate assim, Jugurtha com grande multidão assalta de repente os arraiaes dos inimigos; e, descuidados os que estavão de guarda, nada receando menos, que o serem atacados, fórça uma das portas. Os nossos, tomados de subito terror, cada qual segundo o seu brio, trata de salvar-se: uns fogem, outros tomão as armas; muitos são feridos, ou mortos. Emfim de toda a multidão apenas uns quarenta, lembrados do nome Romano, tomárão um logar

inde maxima vi depelli quiverunt : sed tela eminus missa remittere, pauci in pluribus minus frustrati; sin Numidæ propius accessissent, ibi vero virtutem ostendere, et eos maxima vi cædere, fundere atque fugare. Interim Metellus quum acerrime rem gereret, clamorem et tumultum hostilem ab tergo accepit. Deinde, converso equo, animadvertit fugam ad se versum fieri; quæ res indicabat populares esse. Igitur equitatum omnem ad castra propere misit, ac statim C. Marium cum cohortibus sociorum, eumque lacrimans per amicitiam perque rempublicam obsecrat, ne quam contumeliam remanere in exercitu victore, neve hostes inultos abire sinat. Ille brevi mandata efficit. At Jugurtha munimento castrorum impeditus, quum alii super vallum præcipitarentur, alii in angustiis ipsi sibi properantes officerent, multis amissis, in loca munita sese recepit. Metellus, infecto negotio, postquam nox aderat, in castra cum exercitu revertitur.

Igitur postero die, prius quam ad oppugnandum egrederetur, equitatum omnem in ea parte, qua regis adventus erat, pro castris agitare jubet; portas et proxima loca tribunis dispertit; deinde ipse pergit ad oppidum, atque uti superiore die, murum aggreditur. Interim Jugurtha ex occulto repente nostros invadit. Qui in proximo locati fuerant, paulisper territi perturbantur; reliqui cito subveniunt. Neque diutius Numidæ resistere quivissent, ni pedites cum equitibus permixti

um pouco mais elevado que os outros, donde não houve força, que os desalojasse, e as lanças atiradas de longe pelo inimigo, lhas remettião, poucos contra muitos, menos frustradas; mas se os Numidas se chegavão mais perto, ali he que era mostrar valor, cortar com força, romper, afugentar. Entretanto Metello, no mais vivo do assalto, ouve da retaguarda um clamor e tumulto hostil: volta o cavallo, e vê gente para elle fugindo; o que indicava serem os seus. Despede para o campo toda a cavallaria ao galope, e logo a C. Mario com as cohortes auxiliares, conjurando-o com as lagrimas nos olhos, pela sua amizade e pela republica que não soffra, que fique nodoa alguma n'um exercito vencedor, nem que os inimigos impunes se retirem. Elle em breve assim o fez. Jugurtha embaraçado nas trincheiras do campo, precipitando-se uns por cima do vallo, outros atropellando-se com a pressa na estreiteza das portas, com grande perda se retira ás montanhas. Metello, mallograda a empresa, quando veio a noite, voltou com o exercito aos arraiaes.

No outro dia, antes de tornar ao assalto, manda, que toda a cavallaria se mova em frente do campo na parte, por onde viera Jugurtha; pelas portas e suas immediações reparte os tribunos; depois se dirige á cidade, e, como no dia antecedente, investe os muros. Entretanto Jugurtha sahe da emboscada, e de repente dá sobre os nossos. Os que mais avançados estavão, aterrados um pouco se perturbão; acodem logo os outros. Nem resistir poderião longo tempo os Numidas, se os

magnam cladem in congressu facerent. Quibus illi freti, non, uti equestri prælio solet, sequi, dein cedere, sed adversis equis concurrere, implicare ac perturbare aciem; ita expeditis peditibus suis hostes pene victos dare.

Eodem tempore apud Zamam magna vi certabatur. Ubi quisque legatus, aut tribunus curabat, eo acerrime niti, neque alius in alio magis, quam in sese spem habere; pariterque oppidani agere. Oppugnare, aut parare omnibus locis; avidius alteri alteros sauciare, quam semet tegere. Clamor permixtus hortatione, lætitia, gemitu, item strepitus armorum ad cœlum ferri; tela utrimque volare. Sed illi, qui mœnia defensabant, ubi hostes paululum modo pugnam remiserant, intenti prælium equestre prospectabant. Eos, uti quæque Jugurthæ res erant, lætos modo, modo pavidos animadverteres; ac, sicuti audiri a suis aut cerni possent, monere alii, alii hortari, aut manu significare, aut niti corporibus, et ea huc et illuc, quasi vitabundi, aut jacientes tela, agitare. Quod ubi Mario cognitum est, nam is in ea parte curabat, consulto lenius agere, ac diffidentiam rei simulare; pati Numidas sine tumultu regis prælium visere. Ita, illis studio suorum adstrictis, repente magna vi murum aggreditur; et jam scalis egressi milites prope summa ceperant, quum oppidani concurrunt, lapides, ignem, alia præterea tela ingerunt. Nostri primo resistere: deinde,

infantes misturados com os cavalleiros não tivessem no primeiro encontro feito grande estrago. Aquelles, fiados nestes, não se retiravão depois da carga, como se pratica nos equestres combates; mas, teimando com os cavallos em frente, embrulhavão e confundião a linha; e assim entregavão aos seus infantes ligeiros o inimigo quasi vencido.

Ao mesmo tempo com grande furia se combatia em Zama. Onde commandava algum legado, ou tribuno, ahi era mais forte a porfia; ninguem contava mais com os outros, que comsigo: outro tanto fazião os da praça. Por toda a parte se dava, ou dispunha combate; uns e outros com maior avidez procuravão ferir, que resguardar-se. Um alarido confuso de exhortações, de applausos, de gemidos, junto com o estrépito das armas o ceo feria; as setas de um e d'outro lado voavão. Mas, se os inimigos um pouco afrouxavão no assalto, os defensores dos muros, absortos observavão a equestre peleja. E, segundo as cousas hião bem, ou mal a Jugurtha, os verias já alegres, já aterrados; e, como se dos seus pudessem ser ouvidos, ou vistos, uns adverti-los, outros exhorta-los, ou acenar com a mão, ou empertigar os corpos, e fugir com elles para aqui, para ali, como quem evitava ou atirava lanças. Isto notado por Mario, que era quem n'aquella parte commandava, afrouxou de proposito, fingindo descorçoar da empresa, para deixar que os Numidas observassem com socego o combate do rei: e, quando mais embebidos os vio no interesse dos seus, com grande impeto as-

ubi unæ atque alteræ scalæ comminutæ, qui supersteterant, afflicti sunt; cæteri quoquo modo potuere, pauci integri, magna pars confecti vulneribus, abeunt. Denique utrimque prælium nox diremit.

Metellus, postquam videt frustra inceptum, neque oppidum capi, neque Jugurtham, nisi ex insidiis, aut suo loco pugnam facere, et jam æstatem exactam esse, ab Zama discedit; et in his urbibus, quæ ab se defecerant, satisque munitæ loco aut mœnibus erant, præsidia imponit. Cæterum exercitum in provinciam, quæ proxima est Numidiæ, hiemandi gratia collocat. Neque id tempus, ex aliorum more, quieti aut luxuriæ concedit; sed, quoniam armis bellum parum procedebat, insidias regi per amicos tendere, et eorum perfidia pro armis uti parat. Igitur Bomilcarem, qui Romæ cum Jugurtha fuerat, et inde, vadibus datis, Massivæ de nece clam judicium fugerat, quod ei per maximam amicitiam maxima copia fallendi erat, multis pollicitationibus aggreditur. Ac primo efficit, uti ad se colloquendi gratia occultus veniat; dein fide data, si Jugurtham vivum aut necatum sibi tradidisset, fore, ut illi senatus impunitatem et sua omnia concederet, facile Numidæ persuadet, quum ingenio infido, tum metuenti ne, si pax cum Roma-

salta de repente a muralha; e já os nossos, trepando pelas escadas, ganhavão o parapeito, quando os da praça concorrem, e sobre elles arrojão pedras, fogo e outras armas missivas. Os nossos ao principio resistem; mas, quebrada uma e outra escada, e esmagados os que em cima estavão; os mais, como cada um pôde, poucos intactos, muitos de feridas crivados, se retirão. A noite logo depois de ambas as partes atalhou o combate.

Metello, vendo frustrado o intento, que nem tomava a praça, nem Jugurtha combatia, senão de surpreza, ou em postos vantajosos, e que o verão era já passado, levanta o cerco de Zama; e deixando guarnição nas cidades, que se lhe entregárão por si, e erão mais bem situadas ou muradas, vai invernar com o resto do exercito na provincia, que confina com a Numidia. Este tempo não o deo elle, como os outros, ao luxo e á inercia; mas, como a guerra pouco avançava com as armas, resolveo urdir traições ao rei pelos seus mesmos amigos, e destes em vez de ferro, empregar a perfidia. Com grandes promessas pois assalta aquelle mesmo Bomilcar, que em Roma esteve com Jugurtha, donde, tendo dado fiança, se escapou em segredo, para não ser julgado pela morte de Massiva; por isso que, por mais íntimo do rei, tinha melhor opportunidade de o trahir. E tendo conseguido que lhe viesse occultamente fallar, lhe deo palavra de honra, que se lhe entregasse Jugurtha vivo, ou morto, faria com que o senado lhe concedesse a impunidade e todos os

nis fieret, ipse per conditiones ad supplicium traderetur.

Is, ubi primum opportunum fuit, Jugurtham anxium ac miserantem fortunas suas accedit; monet atque lacrimans obtestatur, uti aliquando sibi liberisque et genti Numidarum, optime meritæ, provideat : omnibus præliis sese victos, agrum vastatum, multos mortales captos, occisos, regni opes comminutas esse; satis sæpe jam et virtutem militum, et fortunam tentatam; caveat, ne, illo cunctante, Numidæ sibi consulant. His atque talibus aliis ad deditionem regis animum impellit. Mittuntur ad imperatorem legati, qui Jugurtham imperata facturum dicerent, ac sine ulla pactione sese regnumque suum in illius fidem tradere. Metellus propere cunctos senatorii ordinis ex hibernis arcessiri jubet; eorum atque aliorum, quos idoneos ducebat, consilium habet. Ita more majorum, ex consilii decreto, per legatos Jugurthæ imperat argenti pondo ducenta millia, elephantos omnes, equorum et armorum aliquantum. Quæ postquam sine mora facta sunt, jubet omnes perfugas vinctos adduci. Eorum magna pars, uti jussum erat, adducti; pauci, quum primum deditio cœpit, ad regem Bocchum in Mauritaniam abierant.

seus bens; e facilmente persuadio o Numida, tanto por ser falso por natureza, como por temer, que se a paz se fizesse com os Romanos, fosse uma das condições ser elle entregue para o supplicio.

Este, logo que teve opportunidade, vai ter com Jugurtha, que pensativo lastimava as suas desgraças, e lhe aconselha e supplica chorando, que attenda uma vez a si, a seus filhos, e ao povo Numida, que tanto lhe merecia: que em todas as batalhas havião ficado vencidos; estavão devastados os campos, muita gente captiva, e morta, exhaustos os recursos do reino; que de mais tinhão já tentado o valor dos soldados, e a fortuna; que precavesse, que, demorando-se elle, os Numidas não provessem a si mesmos. Com estas e outras razões taes induz o rei a entregar-se. Expedem-se embaixadores a dizer ao consul, que Jugurtha faria o que mandasse, e sem condição alguma á mercê delle entregava a sua pessôa e reino. Metello manda vir á pressa dos acantonamentos todos os da ordem senatoria, e com estes e outros, que julgou idoneos, fórma um conselho. E segundo o estilo dos antigos, por decisão do conselho, mandou exigir de Jugurtha pelos embaixadores duzentas mil libras de prata, os elefantes todos, e alguns cavallos e armas. O que sendo logo feito, mandou, que todos os transfugas lhe fossem remettidos presos. Grande parte delles lhe foi trazida, como ordenára; uns poucos, mal se tratou de entrega, se passárão á Mauritania para o rei Boccho.

Igitur Jugurtha, ubi armis virisque et pecunia spoliatus est, cum ipse ad imperandum Tisidium vocaretur, rursus cœpit flectere animum suum, et ex mala conscientia digna timere. Denique multis diebus per dubitationem consumptis, quum modo, tædio rerum adversarum, omnia bello potiora duceret, interdum secum ipse reputaret, quam gravis casus in servitium ex regno foret; multis magnisque præsidiis nequidquam perditis, de integro bellum sumit. Et Romæ senatus de provinciis consultus Numidiam Metello decreverat.

Per idem tempus Uticæ forte C. Mario, per hostias diis supplicanti, magna atque mirabilia portendi haruspex dixerat: proinde, quæ animo agitabat, fretus diis ageret; fortunam quam sæpissime experiretur; cuncta prospera eventura. At illum jam antea consulatus ingens cupido exagitabat. Ad quem capiendum, præter vetustatem familiæ, alia omnia abunde erant; industria, probitas, militiæ magna scientia, animus belli ingens, domi modicus, libidinis et divitiarum victor, tantummodo gloriæ avidus. Sed is natus, et omnem pueritiam Arpini altus, ubi primum ætas militiæ patiens fuit, stipendiis faciendis, non Græca facundia, neque urbanis munditiis sese exercuit, ita inter artes bonas integrum ingenium brevi adolevit. Ergo ubi primum tribunatum militarem a populo petit, plerisque faciem ejus ignorantibus, facile notus per omnes tribus declaratur. Deinde ab eo magistratu alium post alium sibi peperit; semperque in potestatibus eo

Jugurtha como, depois de o despojarem d'armas, homens, e dinheiro, o chamassem a Tisidio para receber as ultimas ordens, começou outra vez a mudar de animo, e a temer, por má consciencia, o que merecia. Emfim, tendo vacillado muitos dias, umas vezes aborrecido da sua fortuna, preferindo tudo á guerra, outras ponderando quão grave queda seria passar do throno á escravidão; perdidos tantos e tão grandes recursos, abraçou de novo a guerra. O senado em Roma, consultado ácerca das provincias, decretou a Numidia a Metello.

Por esse mesmo tempo em Utica por acaso a C. Mario, que sacrificando orava aos deoses, disse o haruspice, que grandes e maravilhosos destinos lhe erão prognosticados: portanto, confiado nos deoses, effeituasse quanto na mente volvia; que por mais que tentasse a fortuna, sempre a acharia propicia. Já desde muito o inquietava um violento desejo do consulado: e para o obter, excepto a antiguidade de familia, todos os requisitos nelle concorrião em copia; talento, probidade, grande sciencia da milicia, alma intrepida na guerra, moderada na paz, vencedora das paixões e riquezas, sómente cubiçosa de gloria. Nascido e durante a infancia criado no Arpino, mal teve a idade militar, se exerceo, não na Grega eloquencia, nem nas delicadezas urbanas, mas em fazer a guerra; e em tão virtuosa escola se formou em breve aquelle incorrupto espirito. Por isso apenas elle pedio ao povo o tribunato militar, não obstante bem poucos lhe terem visto a

modo agitabat, ut ampliore, quam gerebat, dignus haberetur. Tamen is ad id locorum talis vir, nam postea ambitione præceps datus est, consulatum petere non audebat. Etiam tum alios magistratus plebs, consulatum nobilitas inter se per manus tradebat. Novus nemo tam clarus, neque tam egregius factis erat, quin is indignus illo honore, et quasi pollutus haberetur.

Igitur ubi Marius haruspicis dicta eodem intendere videt, quo cupido animi hortabatur; ab Metello, petendi gratia, missionem rogat. Cui quamquam virtus, gloria atque alia optanda bonis superabant; tamen inerat contemptor animus et superbia, commune nobilitatis malum. Itaque primum commotus insolita re, mirari ejus consilium, et quasi per amicitiam monere, ne tam prava inciperet, neu super fortunam animum gereret: non omnia omnibus cupienda esse; debere illi res suas satis placere; postremo caveret id petere a populo Romano, quod illi jure negaretur. Postquam hæc atque alia talia dixit, neque animus Marii flectitur; respondit, ubi primum potuisset per negotia publica, facturum sese, quæ peteret. Ac postea sæpius eadem postulanti fertur dixisse, ne festinaret abire; satis mature illum cum filio suo consulatum petiturum. Is eo tempore contubernio patris ibidem militabat, annos natus circiter viginti.

cara, facilmente conhecido, foi acclamado por todas as tribus. Depois esta magistratura lhe grangeou outra e outra, portando-se em todas de sorte, que se fazia crédor de outra maior. Comtudo um homem, que até ali se tinha mostrado tal, (a ambição o perdeo depois) não ousava pedir o consulado. O povo ainda então conferia as outras magistraturas, a nobreza de mão em mão passava entre si o consulado. Não havia homem novo, por mais illustre, mais egregio que fosse por suas acções, que não fosse reputado indigno de tal honra, e como contaminado.

Vendo pois Mario, que as palavras do haruspice o estimulavão ao mesmo, que a ambição lhe aconselhava, pede licença a Metello para se ir apresentar por candidato. Metello, bem que virtude, gloria, e outros invejaveis dotes nelle superabundavão, era comtudo desprezador e soberbo, commum defeito dos nobres. Assim, ao principio aturdido com tão estranho caso, admirou a sua lembrança, e lhe aconselhou, como amigo, que se deixasse de parvoices, e não levantasse o animo acima da sua fortuna; que nem todos devião aspirar a tudo; que se contentasse com o que tinha; emfim se abstivesse de pedir ao povo uma cousa, que de justiça lhe seria negada. Como lhe fizesse estas e outras advertencias, e Mario não desistisse, lhe respondeo, que assim que o permittissem os públicos negocios, faria o que lhe pedisse. Mas depois, muitas vezes instado, conta-se lhe disséra, que se não apressasse; que bem cedo com seu filho pediria o consulado. Este servia então no

Quæ res Marium quum pro honore, quem affectabat, tum contra Metellum vehementer accenderat. Ita cupidine atque ira, pessimis consultoribus, grassari, neque facto ullo, neque dicto abstinere, quod modo ambitiosum foret; milites quibus in hibernis præerat, laxiore imperio quam antea, habere; apud negotiatores, quorum magna multitudo Uticæ erat, criminose simul, et magnifice de bello loqui: dimidia pars exercitus sibi permitteretur, paucis diebus Jugurtham in catenis habiturum; ab imperatore consulto trahi, quod homo inanis, et regiæ superbiæ, imperio nimis gauderet. Quæ omnia illis eo firmiora videbantur, quod diuturnitate belli res familiares corruperant, et animo cupienti nihil satis festinatur.

Erat præterea in exercitu nostro Numida quidam, nomine Gauda, Manastabalis filius, Masinissæ nepos, quem Micipsa testamento secundum heredem scripseret, morbis confectus, et ob eam causam mente paululum imminuta. Cui Metellus petenti, more regum ut sellam juxta poneret, item postea, custodiæ causa turmam equitum Romanorum, utrumque negaverat: honorem, quod eorum modo foret, quos populus Romanus reges appellavisset; præsidium, quod contumeliosum in eos foret, si equites Romani satellites Numidæ traderentur. Hunc Marius anxium aggreditur, atque hortatur, ut contumeliarum in imperatorem cum suo auxilio pœnas petat. Ho-

quartel general do pai, tendo apenas vinte annos.

Esta graça ateou vivamente em Mario assim o desejo da honra, a que aspirava, como o odio contra Metello. Desde então, guiado pela ira e pela ambição, pessimos conselheiros, nem dito, nem facto algum poupava, como o julgasse conducente aos seus fins; aos soldados do seu acantonamento passou a dar mais liberdade, que d'antes; entre os mercadores, cuja multidão era grande em Utica, a soltar mil criminações e jactancias a respeito da guerra, dizendo: que se lhe dessem metade do exercito, em poucos dias teria Jugurtha em ferros; que o general acinte prolongava a guerra; porque, como homem vão, e cheio de regia soberba, gostava muito do commando. O que lhes parecia tanto mais certo, quanto a diuturnidade da guerra lesava os seus interesses, e uma alma cubiçosa não acha pressa bastante.

Achava-se além disso no exercito um Numida, por nome Gauda, filho de Manastabal, neto de Masinissa, a quem Micipsa no testamento nomeára segundo herdeiro, homem attenuado por doenças, e por isso um pouco falto de siso. A quem Metello, pedindo elle ter, como os reis, uma cadeira a seu lado, e uma turma de cavalleiros Romanos para sua guarda, ambas as cousas negára: a cadeira, por ser honra só concedida áquelles, a quem o povo Romano chamava reis; a guarda, porque seria indecoroso a cavalleiros Romanos entrega-los por satellites a um Numida. Estando elle na força do seu desgosto, Mario o procura, e aconselha a pedir com o seu apoio

minem ob morbos animo parum valido secunda oratione extollit : illum regem, ingentem virum, Masinissæ nepotem esse; si Jugurtha captus, aut occisus foret, imperium Numidiæ sine mora habiturum; id adeo mature posse evenire, si ipse consul ad id bellum missus foret. Itaque et illum, et equites Romanos, milites et negotiatores, alios ipse, plerosque spes pacis impellit, uti Romam ad suos necessarios aspere in Metellum de bello scribant, Marium imperatorem poscant. Sic illi a multis mortalibus honestissima suffragatione consulatus petebatur. Simul ea tempestate plebs, nobilitate fusa per legem Mamiliam, novos extollebat. Ita Mario cuncta procedere.

Interim Jugurtha, postquam, omissa deditione, bellum incipit, cum magna cura parare omnia, festinare, cogere exercitum; civitates, quæ ab se defecerant, formidine, aut ostentando præmia, affectare; communire suos locos; arma, tela, aliaque, quæ spe pacis amiserat, reficere, aut commercari; servitia Romanorum allicere, et eos ipsos, qui in præsidiis erant, pecunia tentare; prorsus nihil intactum, neque quietum pati; cuncta agitare. Igitur Vaccenses, quo Metellus initio, Jugurtha pacificante, præsidium imposuerat, fatigati regis suppliciis, neque antea voluntate alienati, principes civitatis inter se conjurant. Nam vulgus, uti plerumque solet, et

satisfação das affrontas do general. Com lisongeiras palavras enthusiasma este homem de espirito abatido por molestias, dizendo : que era um rei, uma grande personagem, um neto de Masinissa; a quem, se Jugurtha fosse aprisionado ou morto, passaria sem demora o reino da Numidia; o que succederia bem depressa, se elle para esta guerra viesse mandado consul. Assim este, e os cavalleiros Romanos, os soldados e os mercadores fôrão impellidos, uns por elle, outros pela esperança da paz, a escrever para Roma aos seus parentes e amigos fortemente contra Metello á cerca da guerra, e a pedir Mario por commandante. Desta sorte muitos cidadãos com os mais honestos suffragios sollicitavão para elle o consulado. De mais, a plebe naquelle tempo, derrotada a nobreza pela lei Mamilia, exaltava os da sua classe. Tudo era a favor de Mario.

Entretanto Jugurtha, desde que, rota a capitulação, recomeçou guerra, com grande actividade tratava de dispôr, apressar tudo, organizar exercito; attrahir a si com ameaços ou promessas de premio as cidades, que de moto proprio se lhe alienárão; fortificar as suas praças; refazer, ou comprar armaduras, armas, e o mais que na esperança da paz tinha perdido; alliciar os escravos dos Romanos, e tentar com dinheiro os mesmos cidadãos, que estavão nos presidios; nada emfim deixando intacto, ou quieto; pondo tudo em agitação. Os habitantes de Vacca, onde Metello, apenas Jugurtha entrou em negociações de paz, tinha posto guarnição, fatigados pelas supplicas

maxime Numidarum, ingenio mobili, seditiosum atque discordiosum erat, cupidum novarum rerum, quieti et otio adversum.

Dein, compositis inter se rebus, diem tertium constituunt; quod is festus celebratusque per omnem Africam ludum et lasciviam magis, quam formidinem ostentabat. Sed ubi tempus fuit, centuriones tribunosque militares, et ipsum præfectum oppidi T. Turpilium Silanum, alius alium, domos suas invitant; eos omnes, præter Turpilium, inter epulas obtruncant; postea milites palantes, inermes, quippe in tali die ac sine imperio, aggrediuntur. Idem plebs facit, pars edocti a nobilitate, alii studio talium rerum incitati, quibus acta consiliumque ignorantibus tumultus ipse et res novæ satis placebant.

Romani milites, improviso metu, incerti ignarique, quid potissimum facerent, trepidare ad arcem oppidi, ubi signa et scuta erant; præsidium hostium, portæ ante clausæ fugam prohibebant. Ad hoc mulieres puerique pro tectis ædificiorum saxa et alia, quæ locus præbebat, certatim mittere. Ita neque caveri anceps malum, neque a fortissimis infirmissimo generi resisti posse; juxta boni malique, strenui et imbelles, inulti obtruncati. In ea tanta asperitate, sævissimis Numidis et oppido undique clauso, Turpi-

do rei, e delle ha pouco bem a seu pezar alienados, conspirão entre si; isto he, os principaes da cidade; porque o vulgo era, como costuma ser quasi em toda a parte, voluvel por natureza, sedicioso, turbulento, cubiçoso de novidade, e inimigo da quietação e socego.

Tendo entre si disposto as cousas, determinão a explosão para o terceiro dia, que, por ser festivo e celebrado por toda a Africa, mais promettia jogos e divertimento que susto. Chegada a hora, convidão para suas casas os centuriões, os tribunos militares, e o mesmo governador da cidade T. Turpilio Silano, separados uns dos outros; e no meio dos banquetes os assassinão a todos, menos a Turpilio; depois acommettem os soldados dispersos, desarmados, e sem commando, como em tal dia. O mesmo faz a plebe, uns instruidos pelos nobres, outros incitados do desejo de cousas taes, que, sem saber o que se fizera, nem o que se intentava, no mesmo tumulto e novidade achavão attractivo assaz.

Os soldados Romanos, com o repentino susto, perplexos e sem saber o que primeiro fizessem, correm á cidadella da praça, onde as bandeiras e os escudos estavão; uma guarda inimiga e as portas d'antemão fechadas lhes impedem o passo. Além disso as mulheres e rapazes de cima dos tectos das casas sobre elles arrojão á porfia pedras e quanto ali tem á mão. Assim não podendo evitar-se golpes, que de toda a parte chovião, nem fortissimos homens resistir a fraquissima canalha; bons e máos, valentes e cobardes, todos inultos

lius præfectus unus ex omnibus Italicis profugit intactus. Id misericordiane hospitis, an pactione, an casu ita evenerit, parum comperimus; nisi, quia illi in tanto malo turpis vita integra fama potior fuit, improbus intestabilisque videtur.

Metellus, postquam de rebus Vaccæ actis comperit, paulisper mœstus e conspectu abiit; deinde, ubi ira et ægritudo permixta sunt, cum maxima cura ultum ire injurias festinat. Legionem, cum qua hiemabat, et, quam plurimos potest, Numidas equites pariter cum occasu solis expeditos educit; et postera die circiter horam tertiam pervenit in quamdam planitiem, locis paulo superioribus circumventam. Ibi milites, fessos itineris magnitudine, et jam abnuentes omnia, docet oppidum Vaccam non amplius mille passuum abesse: decere illos reliquum laborem æquo animo pati, dum pro civibus suis, viris fortissimis atque miserrimis, pœnas caperent. Præterea prædam benigne ostentat. Sic animis eorum arrectis, equites in primo late, pedites quam arctissime ire, signa occultare jubet.

Vaccenses ubi animadvertere, ad se versum exercitum pergere; primo, uti res erat, Metellum esse rati, portas clausere. Deinde, ubi neque agros vastari, et eos, qui primi aderant, Numidas equites vident; rursum Jugurtham arbitrati, cum magno gaudio obvii procedunt. Equites

morrêrão. Em tal carniçaria, enfurecidos os Numidas, e a praça por toda a parte fechada, o governador Turpilio, unico dos Romanos, escapou intacto. Se foi compaixão do hospede, convenção, ou acaso, não sei; só sei, que, pois em tal desgraça antes quiz illesa uma torpe vida, que a fama, improbo e detestavel parece.

Metello, quando soube do acontecimento de Vacca, afflicto se occultou por um pouco; depois, aggregando-se a ira ao sentimento, impaciente se apressa a ir vingar a injuria. Ao pôr do sol, com a legião do seu acantonamento e quanta cavallaria ligeira Numida pôde apromptar, se pôz em marcha; e no dia seguinte junto á hora tercia chegou a uma planicie cercada de pequenos outeiros. Ali aos soldados, que fatigados da grandeza da marcha, já se negavão a tudo, disse que a cidade de Vacca não distava mais de mil passos: que pedia a honra, que de bom grado se dessem mais a um pouco de trabalho, para vingarem os seus tão valerosos, quão infelizes concidadãos, promettendo-lhes além disso não ser com elles rigoroso a respeito da presa. Reanimados com isto, manda ir na frente a cavallaria com filas abertas, e na retaguarda a infanteria o mais unida possivel, com as bandeiras occultas.

Os Vaccenses, quando vírão um exercito dirigir-se a elles, ao principio, julgando ser Metello, como era, fechárão as portas. Depois, vendo que não devastavão os campos, e que os da frente erão cavalleiros Numidas, pensando ser Jugurtha, com grande gosto correm ao seu encontro. De

peditesque, repente signo dato, alii vulgum effusum oppido cædere; alii ad portas festinare; pars turres capere; ira atque prædæ spes amplius quam lassitudo posse. Ita Vaccenses biduum modo ex perfidia lætati; civitas magna et opulens pœnæ cuncta aut prædæ fuit. Turpilius, quem præfectum oppidi unum ex omnibus profugisse supra ostendimus, jussus a Metello causam dicere, postquam sese parum expurgat, condemnatus verberatusque capite pœnas solvit. Nam is civis ex Latio erat.

Per idem tempus Bomilcar, cujus impulsu Jugurtha deditionem, quam metu deseruit, inceperat, suspectus regi, et ipse eum suspiciens, novas res cupere, ad perniciem ejus dolum quærere, die noctuque fatigare animum. Denique omnia tentando, socium sibi adjungit Nabdalsam, hominem nobilem, magnis opibus clarum, acceptumque popularibus suis: qui plerumque seorsum ab rege exercitum ductare, et omnes res exsequi solitus erat, quæ Jugurthæ fesso aut majoribus adstricto superaverant; ex quo illi gloria opesque inventæ. Igitur utriusque consilio dies insidiis statuitur; cætera, uti res posceret, ex tempore parari placuit. Nabdalsa ad exercitum profectus, quem inter hiberna Romanorum jussus habebat, ne ager, inultis hostibus, vastaretur.

repente dado o signal, avanção cavalleiros e infantes, estes acutilão o povo, que em ondas sahia da cidade, aquelles correm ás portas, outros se apoderão das torres; a ira e a esperança do saque pudérão mais, que a fadiga. Assim apenas dous dias se regozijárão os Vaccenses da sua perfidia: esta grande, e opulenta cidade toda foi entregue ao ferro e ao saque. Turpilio, o governador da praça, e unico dos Romanos, que dissémos escapára, mandado por Metello dar a sua defesa, como se justificasse mal, condemnado e açoutado, pagou com a cabeça; por isso que era cidadão do Lacio.

Por esse mesmo tempo Bomilcar, por impulso de quem Jugurtha começára a capitulação, da qual por medo se deixou depois, suspeito ao rei, e delle suspeitoso, desejando sahir d'um tal estado, excogitava traições para o matar, e nisto noite e dia fatigava o espirito. Emfim, recorrendo a todos os meios, conseguio associar a si Nabdalsa, homem nobre, conhecido por sua opulencia, e de grande popularidade; que as mais das vezes separado do rei costumava mandar um exercito, e despachar todos os negocios, a que Jugurtha, por cansado, ou applicado a cousas maiores, não podia dar vasão; o que lhe havia grangeado gloria e riquezas. A aprazimento de ambos se determinou o dia para a traição, devendo quanto ao mais obrar, segundo o tempo e as circumstancias. Nabdalsa partio para o exercito, que, segundo as ordens, tinha postado entre os arraiaes dos Romanos, para que o paiz não fosse devastado impunemente pelos inimigos.

Is postquam, magnitudine facinoris perculsus, ad tempus non venit, metusque rem impediebat; Bomilcar simul cupidus incepta patrandi, et timore socii anxius, ne, omisso vetere consilio, novum quæreret, litteras ad eum per homines fideles mittit, in quis mollitiam socordiamque viri accusare, testari deos, per quos juravisset; monere, ne præmia Metelli in pestem converteret. Jugurthæ exitium adesse; cæterum suane, an virtute Metelli periret, id modo agitari; proinde reputaret cum animo suo, præmia an cruciatum mallet. Sed quum hæ litteræ allatæ, forte Nabdalsa, exercito corpore fessus, in lecto quiescebat; ubi, cognitis Bomilcaris verbis, primo cura, deinde, uti ægrum animum solet, somnus cepit. Erat ei Numida quidam negotiorum curator, fidus acceptusque, et omnium consiliorum, nisi novissimi, particeps. Qui postquam allatas litteras audivit, ex consuetudine ratus opera aut ingenio suo opus esse, in tabernaculum introivit; dormiente illo epistolam, super caput in pulvino temere positam, sumit ac perlegit: dein propere, cognitis insidiis, ad regem pergit.

Nabdalsa, paulo post experrectus, ubi neque epistolam reperit, et rem omnem, uti acta erat, ex servis cognovit, primo indicem persequi conatus: postquam id frustra fuit, Jugurtham placandi gratia accedit, dicit, quæ ipse paravisset facere, perfidia clientis sui præventa; lacrimans ob-

Como porém, aterrado pela grandeza do crime, faltasse na occasião, e o medo hia impedindo a empresa; Bomilcar ancioso do exito della, e não menos receoso de que o socio, por temor, mudasse de resolução, lhe dirigio por pessôa fiel uma carta, em que o accusava de molleza e cobardia, tomando por testemunhas os deoses, por quem jurára; e lhe pedia, que não tornasse em supplicio os premios de Metello. Que a morte de Jugurtha era chegada; se morreria pelo seu valor, ou pelo de Metello, era só o que se tratava; que visse emfim se lhe agradava mais o premio, se o castigo. Quando esta carta chegou, acaso Nabdalsa, vencido do trabalho, repousava no leito; e ao ler o que lhe dizia Bomilcar, o tomou um grande cuidado, e logo depois o somno, como de ordinario succede a um animo atribulado. Tinha comsigo um Numida, procurador dos seus negocios, muito da sua confiança e estima, e participante de todos os seus segredos, á excepção do presente. Ouvindo este, que tinhão chegado cartas, e suppondo, que o amo, segundo o costume, precisaria do seu serviço, ou conselho, entra na tenda; e, dormindo aquelle, toma e lê a carta, deixada por descuido sobre o travesseiro da cama: conhecida a traição, corre a toda a pressa ao rei.

Nabdalsa, pouco depois acordado, não achando a carta, e sabendo pelos criados o que se havia passado; depois de ter feito em vão todas as diligencias por apanhar o delator, procura Jugurtha a fim de o aplacar, e lhe diz, que pela perfidia de um seu criado fôra prevenido no que intentava

testatur per amicitiam, perque sua antea fideliter acta, ne super tali scelere suspectum sese haberet. Ad ea rex aliter, atque animo gerebat, placide respondit. Bomilcare aliisque multis, quos socios insidiarum cognoverat, interfectis, iram oppresserat, ne qua ex eo negotio seditio oriretur. Neque post id locorum Jugurthæ dies, aut nox ulla quieta fuit : neque loco, neque mortali cuiquam, aut tempori satis credere; cives hostesque juxta metuere; circumspectare omnia, et omni strepitu pavescere; alio atque alio loco, sæpe contra decus regium, noctu requiescere; interdum somno excitus, arreptis armis tumultum facere; ita formidine, quasi vecordia, exagitari.

Igitur Metellus, ubi de casu Bomilcaris et indicio patefacto ex perfugis cognovit, rursus, tamquam ad integrum bellum, cuncta parat festinatque. Marium, fatigantem de profectione, simul et invisum, et offensum sibi, parum idoneum ratus, domum dimittit. Et Romæ plebs, litteris, quæ de Metello ac Mario missæ erant, cognitis, volenti animo de ambobus acceperant. Imperatori nobilitas, quæ antea decori fuerat, invidiæ esse; at illi alteri generis humilitas favorem addiderat. Cæterum in utroque magis studia partium, quam bona aut mala sua moderata. Præterea seditiosi magistratus vulgum exagitare, Metellum omnibus concionibus capitis arcessere, Marii virtutem in majus celebrare. Denique plebs sic accensa, uti opifices agrestesque omnes, quorum res fidesque

fazer; e chorando lhe supplica pela sua amizade, e pelas anteriores provas da sua fidelidade, que o não suspeite de tal crime. O rei, bem que na alma outra cousa guardasse, lhe respondeo com agrado. Mortos Bomilcar e outros, que descobríra complices na traição, reprimio a ira no peito, para não dar causa a alguma sedição. Mas desde então não tornou a ter Jugurtha um dia, ou uma noite de paz: nem de logar, nem de tempo, nem de pessôa alguma se fiava; tanto se temia dos seus, como dos inimigos; a tudo lançava os olhos em torno, e ao menor estrepito se assustava; de noite descansava já n'um, já noutro logar, muitas vezes contra o regio decoro: outras muitas, acordando sobresaltado, tomando as armas alvorotava tudo: o medo o agitava, como um frenesi.

Metello, informado pelos desertores da morte de Bomilcar e da denuncia, outra vez prepara e apressa tudo, como para uma nova guerra. A Mario, que, sobre mal visto, offendido, o importunava pela licença, julgando lhe não convinha ali, o mandou para casa. O povo em Roma, tendo noticia das cartas, que tinhão vindo á cerca de Metello e Mario, de bom grado havia acreditado o que de ambos se dizia. A nobreza, que até ali fôra um realce no general, o fazia odioso, ao outro a obscuridade do nascimento accrescentava favor. Mas a respeito de um e d'outro influia mais o espirito de partido, que as suas bôas ou más qualidades. Além disso magistrados sediciosos incitavão o povo, em todas as reuniões accusavão Metello de crimes capitaes, exageravão as virtudes de

in manibus sitæ erant, relictis operibus frequentarent Marium, et sua necessaria post illius honorem ducerent. Ita, perculsa nobilitate, post multas tempestates novo homini consulatus mandatur. Et postea populus a tribuno plebis Manlio Mantino rogatus, quem vellet cum Jugurtha bellum gerere, frequens Marium jussit. Sed senatus paulo ante Metello Numidiam decreverat. Ea res frustra fuit.

Eodem tempore Jugurtha, amissis amicis, quorum plerosque ipse necaverat, cæteri formidine, pars ad Romanos, alii ad regem Bocchum profugerant, quum neque bellum geri sine administris posset, et novorum fidem in tanta perfidia veterum experiri periculosum duceret, varius incertusque agitabat. Neque illi res, neque consilium, aut quisquam hominum satis placebat; itinera præfectosque in dies mutare; modo adversum hostes, interdum in solitudines pergere; sæpe in fuga, ac paulo post spem in armis habere; dubitare, virtuti an fidei popularium minus crederet. Ita, quocumque intenderat, res adversæ erant.

Sed inter eas moras repente sese Metellus cum exercitu ostendit. Numidæ ab Jugurtha pro tempore parati instructique; dein prælium incipitur. Qua in parte rex pugnæ adfuit, ibi aliquamdiu certatum; cæteri omnes ejus milites primo con-

Mario. Emfim tão accesa andava a plebe, que todos os artifices e camponezes, cuja fortuna e remedio consistia nos seus braços, deixando as suas occupações frequentavão a Mario, e primeiro cuidavão do augmento delle, que das suas precisões. Assim, abatida a nobreza, pela primeira vez depois de immensos tempos foi conferido a um plebeo o consulado. De mais, o povo, perguntando-lhe depois o tribuno Manlio Mantino, quem queria que fizesse a guerra a Jugurtha, decidio quasi a uma voz, que Mario. O senado tinha pouco antes decretado a Numidia a Metello. Mas isso não teve effeito.

Entretanto Jugurtha, perdidos os amigos, dos quaes elle mesmo tinha morto a maior parte, e os mais com o medo fugido, uns para os Romanos, outros para o rei Boccho, não podendo sem officiaes fazer guerra, e julgando perigoso fiar-se de novos, depois de tanta perfidia dos antigos, vario e incerto fluctuava. Nem empresa, nem plano, nem individuo algum lhe agradava; todos os dias mudava de caminhos e de generaes; já marchava contra o inimigo, já para os desertos; agora punha as esperanças na fuga, d'ali a um pouco nas armas, não sabendo se menos devesse contar com a fé, se com o valor dos seus. Assim, aonde quer que se voltasse, tudo achava contrario.

Eis que, no meio desta irresolução, assoma de repente Metello com o seu exercito. Jugurtha aprompta e ordena os seus como póde; trava-se logo a peleja. O corpo, que o rei commandava, alguma resistencia fez: todos os mais fôrão ao

gressu pulsi fugatique; Romani signorum et armorum aliquanto numero, hostium paucorum potiti. Nam ferme Numidas in omnibus præliis magis pedes, quam arma, tutati sunt. Ea fuga Jugurtha impensius modo rebus suis diffidens, cum perfugis et parte equitatus in solitudines, dein Thalam pervenit, in oppidum magnum et opulentum; ibique plerique thesauri, filiorumque ejus multus pueritiæ cultus erat.

Quæ postquam Metello comperta sunt, quamquam inter Thalam flumenque proximum, in spatio millium quinquaginta, loca arida atque vasta esse cognoverat; tamen spe patrandi belli, si ejus oppidi potitus foret, omnes asperitates supervadere, ac naturam etiam vincere aggreditur. Igitur omnia jumenta sarcinis levari jubet, nisi frumento dierum decem; cæterum utres modo, et alia aquæ idonea portari. Præterea conquirit ex agris, quam plurimum potest, domiti pecoris, eoque imponit vasa cujusque modi; sed pleraque lignea, collecta ex tuguriis Numidarum. Ad hoc finitimis imperat, qui se post regis fugam Metello dederant, quam plurimum quisque aquæ portaret; diem locumque, ubi præsto fuerit, prædicit. Ipse ex flumine, quam proximam oppido aquam esse supra diximus, jumenta onerat. Eo modo instructus ad Thalam proficiscitur. Deinde ubi ad id loci ventum quod Numidis præceperat, et castra posita munitaque sunt, tanta repente cœlo missa vis aquæ dicitur, ut ea modo exercitui satis superque foret. Præterea commeatus spe amplior; quia

primeiro encontro rotos e afugentados; um bom numero de bandeiras e armas cahio em nosso poder, inimigos poucos : porque em quasi todas as batalhas os pés, mais que as armas tem salvado os Numidas. Com este desbarato, Jugurtha inda mais desconfiado da sua fortuna, com os transfugas e alguma cavallaria se retirou aos desertos, e depois a Thala, grande e opulenta cidade, onde tinha a maior parte dos thesouros, e seus filhos a educar com toda a magnificencia.

Metello, disto informado, bem que soubesse que entre Thala e o rio proximo, no espaço de cincoenta milhas, tudo era um deserto árido, com tudo na esperança de acabar a guerra, se tomasse esta praça, emprende superar todos os obstaculos, e vencer a mesma natureza. Ordena, que, descarregadas as bestas de tudo o que não fosse trigo para dez dias, só levem odres, e outros vasos proprios para agua. Procura além disso pelos campos quantos animaes domesticos póde, e os carrega de vasilhas de toda a especie, as mais dellas de páo tiradas das choças dos Numidas. Manda tambem ás povoações vizinhas, que depois da fuga do rei se lhe entregárão, conduzão quanta agua possão, dizendo-lhes o dia e logar, onde sem falta os devia encontrar. Elle mesmo no rio, que dissemos ser a agua mais proxima á cidade, carregou as suas cavalgaduras. Desta sorte provido, se dirige a Thala. Depois chegado ao logar, que aos Numidas assignára, bem não tinha assentado e fortificado o campo, diz-se, que de repente cahíra do ceo tanta força de agua, que só esta seria assaz e

Numidæ, sicuti plerique in nova deditione, officia intenderant. Cæterum milites religione pluvia magis usi; eaque res multum animis eorum addidit. Nam rati sese diis immortalibus curæ esse. Deinde postero die, contra opinionem Jugurthæ, ad Thalam perveniunt. Oppidani, qui se locorum asperitate munitos crediderant, magna atque insolita re perculsi, nihilo segnius bellum parare; idem nostri facere.

Sed rex nihil jam Metello infectum credens, quippe qui omnia, arma, tela, locos, tempora, denique naturam ipsam, cæteris imperitantem, industria vicerat, cum liberis et magna parte pecuniæ ex oppido noctu profugit. Neque postea in ullo loco amplius uno die aut una nocte moratus, simulabat sese negotii gratia properare; cæterum proditionem timebat, quam vitare posse celeritate putabat: nam talia consilia per otium et ex opportunitate capi.

At Metellus ubi oppidanos prælio intentos, simul oppidum et operibus et loco munitum videt, vallo fossaque mœnia circumvenit. Deinde jubet locis ex copia maxime idoneis vineas agere, superque eas aggerem jacere, et super aggerem impositis turribus, opus et administros tutari. Contra hæc oppidani festinare, parare; prorsus ab utrisque nihil reliquum fieri. Denique Romani,

de sobejo para o exercito. Além disso a provisão foi maior, do que esperava; porque os Numidas, como he ordinario nos que passão a novo senhor, se esmerárão em servi-lo. Mas os soldados por superstição usárão mais d'agua da chuva; e este acaso lhes augmentou muito o animo, julgando-se protegidos pelos deoses immortaes. No dia seguinte, contra a expectação de Jugurtha, chegão a Thala. Os da praça, que se julgavão defendidos pela aspereza dos desertos, bem que aterrados com tão estranho prodigio, não deixão por isso de se apromptar para a guerra; os nossos fazem o mesmo.

O rei, nada julgando já impossivel a Metello, pois com a sua industria arnezes, armas, fortalezas, tempos, e emfim a mesma natureza, a quem tudo cede, vencêra; com os filhos e grande parte das riquezas fugio de noite da praça. Desde então não se demorou em sitio algum mais de um dia ou uma noite, com o pretexto de que os seus negocios lhe não permittião descanso; mas temia a traição, e julgava poder evita-la com a celeridade: porque taes projectos no ocio e com a opportunidade se formão.

Metello, vendo os Thalenses resolutos a defender-se, e a praça bem munida pela situação e pelas obras, cerca os muros com um vallo e fosso. Depois nos logares mais idoneos manda fazer galerias, sobre ellas formar terraplenos, e sobre estes erguer torres, para proteger a obra e os obreiros. Contra isto os sitiados se apressão, se preparão: em summa de ambas as partes nada ficou

multo ante labore præliisque fatigati, post dies quadraginta, quam eo ventum erat, oppido modo potiti; præda omnis a perfugis corrupta. Ii postquam murum arietibus feriri, resque suas afflictas vident, aurum atque argentum, et alia, quæ prima ducuntur, domum regiam comportant. Ibi vino et epulis onerati, illaque, et domum, et semet igni corrumpunt; et quas victi ab hostibus pœnas metuerant, eas ipsi volentes pependere.

Sed pariter cum capta Thala legati ex oppido Lepti ad Metellum venerant, orantes, uti præsidium præfectumque eo mitteret: Hamilcarem quemdam, hominem nobilem, factiosum, novis rebus studere, adversum quem neque imperia magistratuum, neque leges valerent; ni id festinaret, in summo periculo suam salutem, et illorum socios fore. Nam Leptitani jam inde a principio belli Jugurthini ad Bestiam consulem, et postea Romam miserant, amicitiam societatemque rogatum. Deinde, ubi ea impetrata, semper boni fidelesque mansere, et cuncta a Bestia, Albino, Metelloque imperata nave fecerant. Itaque ab imperatore facile, quæ petebant, adepti. Emissæ eo cohortes Ligurum quatuor, et C. Annius præfectus.

Id oppidum ab Sidoniis conditum est, quos accepimus profugos ob discordias civiles, navibus in eos locos venisse; cæterum situm inter duas Syrtes, quibus nomen ex re inditum. Nam duo

por tentar. Os Romanos emfim, cansados dos antecedentes trabalhos e combates, quarenta dias depois da sua chegada se apossárão simplesmente da praça : toda a presa foi inutilisada pelos transfugas. Estes, depois que vírão o muro batido pelos arietes, e as suas esperanças perdidas, ouro, prata, e tudo o mais precioso conduzem ao palacio do rei; e ali, depois de embriagados n'um banquete, com a casa e com as riquezas se queimão a si mesmos, dando-se por suas mãos o castigo, que dos inimigos vencedores temião.

Bem não era tomada Thala, quando chegárão a Metello embaixadores de Leptis, pedindo-lhe mandasse guarnição e governador : que um certo Amilcar, homem nobre, e faccioso, tentava mudança de cousas, e contra elle nem leis, nem ordens de magistrados valião; se isto não fizesse prompto, perigava a sua segurança e tambem a dos Romanos, pois erão seus alliados. Os Leptitanos havião, logo no principio da guerra Jugurthina, mandado pedir ao cônsul Bestia, e depois a Roma amizade e alliança; e, obtida, sempre se conservárão honrados e fieis, cumprindo pontualmente quanto lhes fôra ordenado por Bestia, Albino, e Metello. Assim facilmente obtiverão do general o que pedião. Fôrão para ali mandadas quatro cohortes de Ligurios, e por governador C. Annio.

Esta cidade foi, segundo ouvímos, fundada por Sidonios, que emigrando por causa de civis discordias, ali aportárão. He situada entre as duas Syrtes, a quem mui bem quadra o nome : porque

sunt sinus prope in extrema Africa, impares magnitudine, pari natura: quorum proxima terræ præalta sunt, cætera, uti fors tulit, alta, alia in tempestate vadosa. Nam ubi mare magnum esse, et sævire ventis cœpit, limum arenamque et saxa ingentia fluctus trahunt; ita facies locorum cum ventis simul mutatur. Syrtes ab tractu nominatæ. Ejus civitatis lingua modo conversa connubio Numidarum. Legum cultusque pleraque Sidonica; quæ eo facilius retinebant, quod procul ab imperio regis ætatem agebant. Inter illos et frequentem Numidiam multi vastique loci erant.

Sed quoniam in has regiones per Leptitanorum negotia venimus, non indignum videtur, egregium atque mirabile facinus duorum Carthaginiensium memorare. Eam rem nos locus admonuit. Qua tempestate Carthaginienses pleræque Africæ imperitabant, Cyrenenses quoque magni atque opulenti fuere. Ager in medio arenosus, una specie; neque flumen, neque mons erat, qui fines eorum discerneret. Quæ res eos in magno diuturnoque bello inter se habuit. Postquam utrimque legiones, item classes sæpe fusæ fugatæque, et alteri alteros aliquantum attriverant; veriti, ne mox victos victoresque defessos alius aggrederetur, per inducias sponsionem faciunt, uti certo die legati domo proficiscerentur: quo in loco inter se obvii fuissent, is communis utriusque populi finis haberetur.

são dous golfos no extremo da Africa, desiguaes em tamanho, iguaes em natureza; que mui altos junto á praia, são no resto, segundo o tempo, ora altos, ora vadosos. Pois quando com os ventos o mar começa a empolar e embravecer, as ondas arrastão lodo, areia, e rochedos enormes; assim o aspecto destas paragens com os ventos varia. Deste seu arrastar lhes vem o nome de Syrtes. A lingua desta cidade está hoje alterada pelos casamentos com os Numidas. Leis, trajes, e tudo o mais he Sidonio: o que facilmente conservavão por viverem longe dos dominios do rei, e entre elles e a parte da Numidia mais povoada haver grandes desertos.

Mas, pois o caso dos Leptitanos nos trouxe a estas regiões, não me parece fóra de proposito referir um egregio e memoravel feito de dous Carthaginezes. O logar mo trouxe á lembrança. No tempo que os Carthaginezes dominavão a maior parte da Africa, tambem os Cyrenenses erão grandes e opulentos. Mediava entre elles uma areosa campina, toda uniforme; nem rio, nem monte havia, que lhes servisse de marco: o que lhes deo causa a grandes e diuturnas guerras. Rotos e desbaratados por muitas vezes de ambas as partes exercitos, e frotas, e uns e outros enfraquecidos um pouco, receando, que um terceiro acommettesse logo os vencidos e os vencedores cansados, concordárão, em tempo de tregoas, que n'um certo dia de cada cidade partissem deputados; e o logar onde se encontrassem, ficaria sendo o commum limite de um e outro povo.

Igitur Carthagine duo fratres missi, quibus nomen Philænis erat, maturavere iter pergere; Cyrenenses tardius iere. Id socordiane, an casu acciderit, parum cognovi. Cæterum solet in illis locis tempestas haud secus, atque in mari, retinere. Nam ubi per loca æqualia et nuda gignentium ventus coortus arenam humo excitavit, ea magna vi agitata, ora oculosque implere solet; ita prospectu impedito, morari iter. Postquam Cyrenenses aliquanto posteriores se esse vident, et ob rem corruptam domi pœnas metuunt: criminari Carthaginienses ante tempus domo digressos; conturbare rem; denique omnia malle, quam victi abire. Sed quum Pœni aliam conditionem, tantummodo æquam, peterent; Græci optionem Carthaginiensium faciunt, ut vel illi, quos fines populo suo peterent, ibi vivi obruerentur, vel eadem conditione sese, quem in locum vellent, processuros. Philæni, conditione probata, seque vitamque suam reipublicæ condonavere. Ita vivi obruti. Carthaginienses in eo loco Philænis fratribus aras consecravere, aliique illis domi honores instituti. Nunc ad rem redeo.

Jugurtha postquam, amissa Thala, nihil satis firmum contra Metellum putat, per magnas solitudines cum paucis profectus, pervenit ad Gætulos, genus hominum ferum incultumque, et eo tempore ignarum nominis Romani. Eorum multitudinem in unum cogit, ac paulatim consuefacit ordines habere, signa sequi, imperium

Mandados pois de Carthago dous irmãos, por nome, Philenos, se derão pressa em andar; os Cyrenenses fôrão mais tardos. Se foi por descuido, ou acaso, não sei. Mas naquelles sitios costumão as tempestades, como no mar, deter os caminhantes. Pois quando por aquellas calvas planicies o vento, soprando, ergue do chão a areia, esta com grande força impellida costuma encher boca e olhos, e impedir a vista e o passo. Vendo os Cyrenenses, que tinhão chegado mais tarde, e receando em casa o castigo da causa perdida; entrão a criminar os Carthaginezes de haverem sahido antes de tempo, e a enredar o caso; querendo antes soffrer tudo, que retirar-se vencidos. Como porém os Carthaginezes pedissem outra condição, com tanto que fosse igual; os Cyrenenses lhes derão a escolher, que ou elles, onde pertendessem fixar os limites do seu povo, ahi se enterrassem vivos, ou com a mesma condição os deixassem ir até onde quizessem. Os Philenos, approvada a proposta, sacrificárão á republica as suas pessôas e vidas. Fôrão enterrados vivos. Os Carthagineses naquelle sitio consagrárão altares aos irmãos Philenos, e na cidade lhes instituírão outras honras. Torno agora ao assumpto.

Jugurtha, perdida Thala, nada julgando assaz seguro contra Metello, partindo com poucos por immensos desertos, chega aos Getulos, gente fera e inculta, e ainda então ignorante do nome Romano. Junta grande multidão delles, e pouco a pouco os vai costumando a perfilar-se, a seguir as bandeiras, a observar as ordens, e a fazer outras

observare, item alia militaria facere. Præterea regis Bocchi proximos magnis muneribus, et majoribus promissis ad studium sui perducit. Quis adjutoribus regem aggressus impellit, uti adversus Romanos bellum incipiat. Id ea gratia facilius proniusque fuit, quod Bocchus initio hujusce belli legatos Romam miserat, fœdus et amicitiam petitum; quam rem, opportunissimam incepto belli, pauci impediverant, cæci avaritia, quis omnia honesta atque inhonesta vendere mos erat. Etiam antea Jugurthæ filia Bocchi nupserat. Verum ea necessitudo apud Numidas Maurosque levis ducitur; quod singuli, pro opibus quisque, quam plurimas uxores, denas alii, alii plures habent, sed reges eo amplius. Ita animus multitudine distrahitur; nulla pro socia obtinet; pariter omnes viles sunt.

Igitur in locum ambobus placitum exercitus conveniunt. Ibi, fide data et accepta, Jugurtha Bocchi animum oratione accendit: « Romanos injustos, profunda avaritia, communes omnium hostes esse; eamdem illos causam belli cum Boccho habere, quam secum et cum aliis gentibus, libidinem imperitandi, quis omnia regna adversa sint; tum sese, paulo ante Carthaginienses, item regem Persen, post, uti quisque opulentissimus videatur, ita Romanis hostem fore. » His atque aliis talibus dictis ad Cirtam oppidum iter constituunt; quod ibi Q. Metellus prædam captivosque et impedimenta locaverat. Ita Jugurtha ratus, aut, capta urbe, operæ pretium fore;

manobras militares. Além disto com grandes dadivas e maiores promessas attrahe a si os cortezãos do rei Boccho. Apoiado por estes ataca o rei e o impelle a tomar armas contra os Romanos. O que lhe foi tanto mais facil, quanto Boccho estava já propenso a isso, porque no principio desta guerra tinha mandado embaixadores a Roma a pedir alliança e amizade; e uma cousa, tão opportuna para a começada guerra, havia sido impedida por uns poucos, cegos de avareza, e costumados a vender tudo, fosse honesto, ou não. Uma filha de Boccho tinha tambem casado antes com Jugurtha. Mas este parentesco entre os Numidas e Mouros se reputa em pouco; porque cada um tem as mulheres, que póde manter; uns dez, outros mais, e os reis muitas mais ainda. Assim o coração se distrahe pela multidão; nenhuma o obtem como esposa; todas são igualmente desprezadas.

Ambos no logar do ajuste unem pois as suas forças. Ali, jurada reciproca fé, Jugurtha com um discurso inflamma o animo de Boccho, dizendo: « Que os Romanos, injustos, de uma avareza profunda, erão communs inimigos de todos; que a mesma causa de guerra, que tinhão com elle, tinhão com Boccho, e com as mais nações, a cubiça de imperio, que lhes tornava todos os thronos odiosos; que então era elle o inimigo, ha pouco o havião sido os Carthaginezes, e o rei Perseo, depois o seria aquelle, que mais rico e opulento parecesse. » Ditas estas e outras cousas taes, assentão em se dirigir a Cirta; porque ali tinha Q. Metello deixado os despojos, e os prisioneiros

aut, si dux Romanus auxilio suis venisset, prælio sese certaturos. Nam callidus id modo festinabat, Bocchi pacem imminuere, ne moras agitando aliud, quam bellum, mallet. Imperator postquam de regum societate cognovit, non temere, neque, uti sæpe jam victo Jugurtha consueverat, omnibus locis pugnandi copiam facit. Cæterum haud procul ab Cirta, castris munitis, reges opperitur, melius esse ratus, cognitis Mauris, quoniam is novus hostis accesserat, ex commodo pugnam facere.

Interim Roma per litteras certior fit, provinciam Numidiam Mario datam; nam consulem factum jam antea acceperat. Quibus rebus supra bonum aut honestum perculsus, neque lacrimas tenere, neque moderari linguam; vir egregius in aliis artibus, nimis molliter ægritudinem pati. Quam rem alii in superbiam vertebant; alii bonum ingenium contumelia accensum esse; multi, quod jam parta victoria ex manibus eriperetur. Nobis satis cognitum est, illum magis honore Marii, quam injuria sua excruciatum, neque tam anxie laturum fuisse, si adempta provincia alii, quam Mario traderetur.

Igitur eo dolore impeditus, et quia stultitiæ videbatur, alienam rem periculo suo curare, legatos ad Bocchum mittit, postulatum, « ne sine causa hostis populo Romano fieret : habere eum

e bagagens. Com isto pensava Jugurtha, que, ou, tomada a cidade, se pagaria do seu trabalho, ou, no caso do general Romano vir em soccorro dos seus, se baterião. Mas o que sobre tudo procurava o manhoso, era que Boccho rompesse logo as hostilidades, para que na demora não mudasse de resolução. Desde que o general soube da juncção dos reis, nunca mais arriscou batalha temerariamente, nem em todas as posições, como costumava com Jugurtha já tantas vezes vencido. Mas não longe de Cirta, em campo entrincheirado, esperou os reis; julgando mais prudente, conhecidos os Mouros, pois este inimigo chegava de novo, combater então com vantagem.

Entretanto por cartas de Roma lhe constou, fôra dada a Mario a provincia da Numidia; porque de estar feito consul já tinha noticia. Abalado com isto mais, do que era de razão e decoro, nem pôde conter as lagrimas, nem moderar a lingua: varão em tudo o mais egregio, supportou este desgosto com demasiada fraqueza. Alguns attribuírão isto a soberba, outros ao resentimento de uma alma nobre offendida, outros á mágoa de se ver arrancar das mãos uma victoria já obtida. Mas eu estou bem certo, que mais o atormentava a exaltação de Mario, que a propria injuria, e que se não affligíra tanto, se a provincia, que lhe tiravão se désse a outro, que não fosse Mario.

Inhabilitado pela dôr, e julgando loucura cuidar com risco seu da fazenda alheia, mandou embaixadores a Boccho, pedindo-lhe, « Que sem causa não quizesse inimizar-se com o povo Ro-

magnam copiam societatis amicitiæque conjungendæ, quæ potior bello esset; quamquam opibus suis confideret, tamen non debere incerta pro certis mutare; omne bellum sumi facile, cæterum ægerrime desinere; non in ejusdem potestate initium ejus et finem esse; incipere cuivis, etiam ignavo licere; deponi, quum victores velint; proinde sibi regnoque suo consuleret; neu florentes res suas cum Jugurthæ perditis misceret. » Ad ea rex satis placide verba facit : « sese pacem cupere, sed Jugurthæ fortunarum misereri; si eadem illi copia fieret, omnia conventura. » Rursus imperator contra postulata Bocchi nuntios mittit. Ille probare partim, alia abnuere. Eo modo sæpe ab utroque missis remissisque nuntiis tempus procedere, et, ex Metelli voluntate, bellum intactum trahi.

At Marius, ut supra diximus, cupientissima plebe consul factus, postquam ei provinciam Numidiam populus jussit, antea jam infestus nobilitati, tum vero multus atque ferox instare; singulos modo, modo universos lædere; dictitare, sese consulatum ex victis illis spolia cepisse; alia præterea magnifica pro se, et illis dolentia. Interim, quæ bello opus erant, prima habere; postulare legionibus supplementum, auxilia a populis et regibus sociisque arcessere; præterea ex Latio fortissimum quemque, plerosque militia,

mano; que tinha uma bella occasião de obter a sua alliança e amizade, o que lhe conviria mais, que a guerra; que inda que se fiasse em suas forças, comtudo não devia deixar o certo pelo duvidoso; que o entrar em guerra era facil, o sahir mui difficil; que o principio e o fim della não pendia da mesma pessôa; rompe-la podia qualquer, ainda um cobarde; desistir della, quando os vencedores quizessem; que attendesse portanto a si e ao seu reino; e não quizesse confundir o seu prospero estado com o de Jugurtha inteiramente perdido. » A isto respondeo o rei mui cortezmente, « Que desejava a paz, mas se compadecia dos infortunios de Jugurtha; se lhe permittissem o mesmo a elle, em tudo conviria. » Outra vez mandou o general embaixadores a dizer a Boccho em resposta ao que pedia : « Que approvava uma parte, rejeitava a outra. » Deste modo em mandar um ao outro e tornar a mandar frequentes mensagens hia passando o tempo, e, conforme os desejos de Metello, estava parada a guerra.

Mario como acima dissémos, feito consul pela enthusiasmada plebe, depois que o povo lhe decretou a provincia da Numidia, se já d'antes era opposto á nobreza, então muito mais ousado e feroz a perseguia, umas vezes atacando os individuos, outras a classe inteira; vociferando em toda a parte, que tomava o seu consulado como despojo dos vencidos, e outras expressões a si lisongeiras, a elles dolorosas. Entretanto o seu primeiro cuidado era apromptar o preciso para a guerra; requerer o complemento das legiões, fazer vir auxi-

paucos fama cognitos accire, et ambiendo cogere homines emeritis stipendiis secum proficisci. Neque illi senatus, quamquam adversus erat, de ullo négotiô abnuere audebat. Cæterum supplementum etiam lætus decreverat; quia, neque plebi militia volenti putabatur, et Marius aut belli usum, aut studia vulgi amissurus. Sed ea res frustra sperata; tanta libido cum Mario eundi plerosque invaserat. Sese quisque præda locupletem fore, victorem domum rediturum, alia hujuscemodi animis trahebant, et eos non paulum oratione sua Marius arrexerat. Nam postquam, omnibus, quæ postulaverat, decretis, milites scribere vult, hortandi causa, simul et nobilitatem, uti consueverat, exagitandi, concionem populi advocavit; deinde hoc modo disseruit :

« Scio ego, Quirites, plerosque non iisdem artibus imperium a vobis petere, et, postquam adepti sunt, gerere; primo industrios, supplices, modicos esse, dehinc per ignaviam et superbiam ætatem agere. Sed mihi contra ea videtur. Nam quo universa respublica pluris est, quam consulatus aut prætura, eo majore cura illam administrari, quam hæc peti debere. Neque me fallit, quantum cum maximo beneficio vestro negotii sustineam. Bellum parare simul et ærario parcere; cogere ad militiam eos, quos nolis offendere; domi forisque omnia curare; et ea agere inter

lios dos povos e reis alliados, convidar os mais valentes soldados do Lacio, dos quaes a maior parte conhecia da guerra, poucos por fama, e com afagos obrigar a segui-lo os que tinhão servido o tempo da lei. O mesmo senado, bem que lhe fosse adverso, nada ousava negar-lhe. Mas quanto ao supplemento da força, com muito gosto o decretou, pensando, que a plebe por vontade se não prestaria ao serviço, e Mario, ou perderia os meios de fazer a guerra, ou a affeição do povo. Mas enganou-se nisso : tal era em quasi todos o desejo de ir com Mario. Cada um já se figurava na ideia voltando vencedor, carregado de despojos, e destas e d'outras imagens se nutrião, e não pouco os tinha accendido Mario com a sua oração. Pois quando, decretado tudo quanto pedíra, quiz proceder ao alistamento, para exhortar os cidadãos, e, segundo o seu costume, vexar a nobreza, convocando a assemblea do povo, lhe fallou assim :

» Eu sei, ó Romanos, que pela maior parte os que vos pedem o mando, são uns quando o sollicitão, outros quando, obtido, o exercem; activos, humildes, moderados antes, preguiçosos e soberbos depois. Mas, quanto a mim, devêra ser o contrario. Pois tanto a republica he mais, que o consulado, ou a pretura, com tanto maior desvélo deve aquella ser administrada, que pedidos estes. Não deixo porém de vêr, quão grande peso com o maior dos vossos beneficios me impondes. Apromptar quanto uma guerra exige, poupar ao mesmo tempo o erario; obrigar ao ser-

invidos, occursantes, factiosos, opinione, Quirites, asperius est. Ad hoc, alii si deliquere, vetus nobilitas, majorum facta fortia, cognatorum et affinium opes, multæ clientelæ, omnia hæc præsidio adsunt; mihi spes omnes in memet sitæ, quas necesse est et virtute et innocentia tutari. Nam alia infirma sunt. Et illud intelligo, Quirites, omnium ora in me conversa esse; æquos bonosque favere, quippe benefacta mea reipublicæ procedunt; nobilitatem locum invadendi quærere. Quo mihi acrius adnitendum est, ut neque vos capiamini, et illi frustra sint. Ita ad hoc ætatis a pueritia fui, ut omnes labores, pericula consueta habeam. Quæ ante vestra beneficia gratuito faciebam, ea uti, accepta mercede, deseram, non est consilium, Quirites. Illis difficile est in potestatibus temperare, qui per ambitionem sese probos simulavere; mihi, qui omnem ætatem in optimis artibus egi, bene facere jam ex consuetudine in naturam vertit.

» Bellum me gerere cum Jugurtha jussistis; quam rem nobilitas ægerrime tulit. Quæso, reputate cum animis vestris, num id mutare melius sit, si quem ex illo globo nobilitatis ad hoc, aut aliud tale negotium miſtatis, hominem ve-

viço das armas aquelles, a quem se não quer desgostar; a tudo interna e externamente prover; e isto entre inimigos, estorvadores, facciosos, he, ó Romanos, mais difficil, do que se pensa. De mais, os outros, se delinquem, na antiga nobreza, nos illustres feitos de seus maiores, no valimento dos parentes e conjunctos, na turba dos seus clientes, achão apoio: eu todas as minhas esperanças tenho collocado em mim mesmo, e me he preciso ampara-las com o valor e integridade: que o mais são quimeras. Tambem conheço, ó Romanos, que todos estão com os olhos em mim; que os justos e bons me favorecem, contando com os meus bons serviços á republica; a nobreza procura occasião de me assaltar. Por isso mais me empenharei em que se realizem vossas esperanças, as delles fiquem frustradas. Desde os meus primeiros annos até á idade em que estou, tenho passado uma vida tal, que nenhum trabalho, ou perigo me he novo. E aquillo que antes dos vossos beneficios gratuitamente fazia, não he minha tenção, Romanos, deixar de o fazer depois do premio. A'quelles, que por ambição se fingírão probos, difficil he o moderar-se no exercicio do poder; em mim, que na pratica das virtudes tenho passado a vida, o costume de obrar bem se tornou em natureza.

» Haveis determinado, que eu faça a guerra a Jugurtha; a nobreza tal não póde soffrer. Consultai, eu vos peço, consultai comvosco, se acaso será melhor revogar a decisão, e para esta e outras empresas taes mandar dessa classe da nobreza,

teris prosapiæ ac multarum imaginum, et nullius stipendii; scilicet ut in tanta re, ignarus omnium, trepidet, festinet, sumat aliquem ex populo monitorem officii sui. Ita plerumque evenit, ut quem vos imperare jussistis, is sibi imperatorem alium quærat. Atque ego scio, Quirites, qui, postquam consules facti sunt, acta majorum et Græcorum militaria præcepta legere cœperint, homines præposteri; nam gerere, quam fieri, tempore posterius, re atque usu prius est. Comparate nunc, Quirites, cum illorum superbia me hominem novum. Quæ illi audire et legere solent, eorum partem vidi, alia egomet gessi; quæ illi litteris, ea ego militando didici. Nunc vos existimate, facta, an dicta pluris sint. Contemnunt novitatem meam, ego illorum ignaviam; mihi fortuna, illis probra objectantur. Quamquam ego naturam unam et communem omnium existimo, sed fortissimum quemque generosissimum. Ac si jam ex patribus Albini aut Bestiæ quæri posset, mene, an illos ex se gigni maluerint, quid responsuros creditis, nisi, sese liberos quam optimos voluisse?

» Quod si jure me despiciunt, faciant idem majoribus suis; quibus, uti mihi, ex virtute nobilitas cœpit. Invident honori meo; ergo invideant labori, innocentiæ, periculis etiam meis, quoniam per hæc illum cepi. Verum homines

algum homem de antiga prosapia, que conte muitas estatuas e nenhuma campanha, para que em negocio tão grande, ignorante de tudo, se atarante, se precipite, ou para lhe ensinar o seu officio tome algum homem do povo. Assim de ordinario succede; os que vós nomeais para commandar procurão quem os commande. Alguns conheço eu, ó Romanos, que, depois de feitos consules, começárão a lêr os feitos dos nossos maiores, e os preceitos militares dos Gregos, homens que andão ás avessas; porque se o exercicio de um cargo he posterior ao provimento delle, a instrucção e a pratica estão primeiro. Comparai agora, Romanos, com a soberba destes a minha obscuridade. O que elles costumão ouvir e lêr, tenho eu em parte visto, em parte praticado eu mesmo; o que elles aprendem nos livros, aprendi eu no campo. Agora julgai vós, se valem mais os factos, se os ditos. Desprezão o meu nascimento? eu a sua nullidade. Lanção-me em rosto a fortuna? eu a elles a deshonra. A natureza julgo eu a mesma em todos; e o mais valente he o mais nobre. Se ao pai d'Albino, ou de Bestia pudesse hoje perguntar-se a quem estimarião elles mais ter dado o ser, se a mim, se a elles, que vos parece responderião, senão que por filhos querião os melhores?

» Mas, se com razão me desprezão, fação o mesmo aos seus antepassados, nos quaes, da mesma sorte que em mim, pela virtude começou a nobreza. Invejão-me o consulado? pois invejemme os trabalhos, a inteireza, e tambem os meus

corrupti superbia ita ætatem agunt, quasi vestros honores contemnant; ita hos petunt, quasi honeste vixerint. Næ illi falsi sunt, quí diversissimas res pariter exspectant, ignaviæ voluptatem et præmia virtutis. Atque etiam, quum apud vos, aut in senatu verba faciunt, pleraque oratione majores suos extollunt; eorum fortia facta memorando clariores sese putant : quod contra est. Nam quanto vita illorum præclarior, tanto horum socordia flagitiosior. Et profecto ita se res habet. Majorum gloria posteris quasi lumen est, neque bona eorum, neque mala in occulto patitur. Hujusce rei ego inopiam patior, Quirites; verum id, quod multo præclarius est, meamet facta mihi dicere licet. Nunc videte, quam iniqui sint. Quod ex aliena virtute sibi arrogant, id mihi ex mea non concedunt; scilicet, quia imagines non habeo, et quia mihi nova nobilitas est, quam certe peperisse melius est, quam acceptam corrupisse.

» Equidem ego non ignoro, si jam mihi respondere velint, abunde illis facundam et compositam orationem fore. Sed in maximo vestro beneficio, quum omnibus locis me vosque maledictis lacerent, non placuit reticere, ne quis modestiam in conscientiam duceret. Nam me quidem, ex animi mei sententia, nulla oratio lædere potest. Quippe vera necesse est bene præ-

perigos; porque por estes obtive eu aquelle. Mas estes homens, corruptos pela soberba, vivem como se desprezassem os vossos cargos; pedem-nos, como se honestamente vivessem. Estão por certos enganados, se esperão desfructar ao mesmo tempo duas cousas tão incompativeis, como os regalos da inercia e os premios da virtude. De mais, quando fallão diante de vós, ou no senado, em quasi todo o discurso não fazem, senão exaltar seus avós; e, narrando as suas grandes façanhas, cuidão illustrar-se: mas succede o contrario. Pois quanto mais preclara foi a vida daquelles, tanto mais se torna escandalosa a inercia destes. E na verdade assim he. A gloria dos antepassados he para os descendentes como uma luz, que patentea tanto as suas virtudes, como os seus vicios. Eu, ó Romanos desta qualidade careço; mas, o que he muito mais illustre, posso fallar das minhas proprias acções. Ora vêde quanto são iniquos! Arrogão a si a virtude alheia, e não consentem, que eu falle da minha; só porque não tenho estatuas, e porque he nova a minha nobreza. Melhor he por certo adquiri-la, que deslustra-la, recebida.

» Eu bem sei, que se elles me quizessem agora responder, lhes não faltarião longos, eloquentes, enfeitados discursos. Mas, como por occasião da honra, que me fizestes, a mim e a vós não cessão de retalhar com dicterios, calar-me não quiz, para que a modestia se não tomasse por consciencia de culpa. Se bem que estou persuadido, que palavras me não pódem lesar, porque se

dicet; falsam vita moresque mei superant. Sed quoniam vestra consilia accusantur, qui mihi summum honorem, et maximum negotium imposuistis; etiam atque etiam reputate, num eorum pœnitendum sit. Non possum, fidei causa, imagines, neque triumphos, aut consulatus majorum meorum ostentare; at, si res postulet, hastas, vexillum, phaleras, alia militaria dona, præterea cicatrices adverso corpore. Hæ sunt meæ imagines, hæc nobilitas, non hereditate relicta, ut illa illis, sed quæ ego meis plurimis laboribus et periculis quæsivi.

» Non sunt composita verba mea; parum id facio. Ipsa se virtus satis ostendit; illis artificio opus est, ut turpia facta oratione tegant. Neque litteras Græcas didici. Parum placebat, eas discere; quippe quæ ad virtutem doctoribus nihil profuerunt. At illa multo optima reipublicæ doctus sum; hostem ferire, præsidia agitare, nihil metuere nisi turpem famam; hiemem et æstatem juxta pati; humi requiescere; eodem tempore inopiam et laborem tolerare. His ego præceptis milites hortabor; neque illos arcte colam, me opulenter; neque gloriam meam laborem illorum faciam. Hoc est utile, hoc civile imperium. Namque quum tute per mollitiem agas, exercitum supplicio cogere, id est dominum, non imperatorem esse. Hæc atque alia majores vestri faciendo seque remque publicam celebravere. Quis nobilitas freta, ipsa dissimilis moribus, nos illo-

verdadeiras, serão por força em meu louvor, se falsas, a minha vida e costumes as desmentem. Como porém vos accusão de pouco acerto, em me haverdes imposto com a mais sublime das honras a maior das responsabilidades, ponderai, ponderai ainda, se devereis arrepender-vos. Eu não posso em meu abono ostentar estatuas, nem triunfos, nem consulados de meus avós; mas sim, quando seja preciso, lanças, um estandarte, collares, e outras recompensas militares, e além disto cicatrizes no peito. Estas são as minhas estatuas, esta a minha nobreza, não herdada, como a delles, mas que eu mesmo alcancei com os meus grandes trabalhos e perigos.

Não são floreados os meus discursos; pouco me occupo nisso. A virtude brilha assaz por si mesma: elles, sim, precisão de artificio, para encobrir com as palavras a torpeza das acções. Não estudei as letras Gregas; não tive muitos desejos de as estudar, porque aos mesmos doutores de nada servírão para o valor. Mas em saber ferir o inimigo, commandar um corpo, não temer senão a deshonra, supportar tanto o frio, como o calor, dormir no chão, soffrer ao mesmo tempo a fome e o trabalho, cousas de muito mais proveito á republica, a nenhum outro cedo. Com estes exemplos exhortarei os soldados, não serei avaro com elles, prodigo comigo; nem do seu trabalho farei minha a gloria. Este he o util, o verdadeiro modo de commandar cidadãos. Mas viver em seguro na molleza, e com supplicios constranger o exercito, não he de capitão, he de tyranno. Pra-

rum æmulos contemnit, et omnes honores, non ex merito, sed quasi debitos, a vobis repetit. Cæterum homines superbissimi procul errant. Majores eorum omnia, quæ licebat, illis reliquere, divitias, imagines, memoriam sui præclaram. Virtutem non reliquere, neque poterant; ea solo neque datur dono, neque accipitur.

« Sordidum me et incultis moribus aiunt, quia parum scite convivium exorno, neque histrionem ullum, neque pluris pretii coquum, quam villicum habeo. Quæ mihi libet confiteri, Quirites. Nam et ex parente meo, et ex aliis sanctis viris ita accepi, munditias mulieribus, viris laborem convenire, omnibusque bonis oportere plus gloriæ, quam divitiarum esse; arma, non supellectilem, decori esse. Quin ergo, quod juvat, quod carum æstimant, id semper faciant; ament, potent; ubi adolescentiam habuere, ibi senectutem agant, in conviviis, dediti ventri et turpissimæ parti corporis; sudorem, pulverem, et alia talia relinquant nobis, quibus illa epulis jucundiora sunt: Verum non ita est. Nam ubi se omnibus flagitiis dedecoravere turpissimi viri, bonorum præmia ereptum eunt. Ita injustissime luxuria et ignavia, pessimæ artes, illis, qui coluere eas, nihil officiunt; reipublicæ innoxiæ cladi sunt.

ticando estas e outras maximas, os vossos maiores se illustrárão a si, e a republica. Apoiada em tão dignos troncos, a nobreza de hoje, dissimilhante em costumes, a nós, que os imitamos, despreza; e de vós todas as honras, não como graça, mas, como divida, exige. Mas os soberbos muito se illudem. Os seus avós lhes deixárão, quanto podião, riquezas, estatuas, a sua preclara memoria. A virtude não lhes deixárão elles, nem podião : esta só não se dá, nem se recebe.

« Sordido e rustico me chamão, porque não sou mui perito em arranjar banquetes, não tenho um histrião, nem pago mais ao meu cozinheiro, que ao meu caseiro. O que, ó Romanos, folgo de confessar : porque a meu pai e outros santos varões ouvi dizer, que os enfeites erão para as mulheres, o trabalho para os homens, que aos bons convinha mais a gloria, que as riquezas; as armas e não a mobilia fazião o seu adorno. Mas isso, que tanto os deleita, que aprecião tanto, fação-no sempre; namorem, bebão; onde passárão a adolescencia, ahi passem a velhice, em continuos festins, escravos do ventre, e de outras partes do corpo inda mais torpes; e deixem-nos o suor, a poeira, e outras cousas taes, que nos são mais gratas, que os banquetes. Mas não succede assim. Depois de se terem deshonrado com todas as indignidades, esses torpissimos homens, correm a arrebatar o premio dos bons. Assim o luxo e a inercia, perniciosissimos vicios, com a maior das injustiças, sem nada prejudicar áquelles, que se lhes entregão, devastão a innocente republica.

« Nunc quoniam illis, quantum mores mei, non illorum flagitia, poscebant, respondi; pauca de republica loquar. Primum omnium de Numidia bonum habete animum, Quirites. Nam quæ ad hoc tempus Jugurtham tutata sunt, omnia removistis, avaritiam, imperitiam atque superbiam. Deinde exercitus ibi est, locorum sciens, sed mehercule magis strenuus, quam felix. Nam magna pars ejus avaritia, aut temeritate ducum attrita est. Quamobrem vos, quibus militaris est ætas, adnitimini mecum et capessite rempublicam; neque quemquam ex calamitate aliorum, aut imperatorum superbia metus ceperit. Egomet in agmine, aut in prælio consultor idem et socius periculi vobiscum adero, meque vosque in omnibus rebus juxta geram. Et profecto, diis juvantibus, omnia matura sunt, victoria, præda, laus; quæ si dubia aut procul essent, tamen omnes bonos reipublicæ subvenire decebat. Etenim ignavia nemo immortalis factus est: neque quisquam parens liberis, uti æterni forent, optavit; magis, uti boni honestique vitam exigerent. Plura dicerem, Quirites, si timidis virtutem verba adderent; nam strenuis abunde dictum puto. »

Hujuscemodi oratione habita, Marius, postquam plebis animos arrectos videt, propere commeatu, stipendio, armis, aliisque utilibus naves onerat; cum his A. Manlium legatum proficisci jubet. Ipse interea milites scribere, non more majorum, neque ex classibus, sed uti cujusque

Agora, tendo respondido a estes quanto o meu caracter, não os seus infames vicios pedião, direi alguma cousa ácerca da republica. Antes de tudo, a respeito da Numidia, socegai, Romanos: pois haveis removido quanto até hoje tem salvado Jugurtha; a avareza, a ignorancia, e o orgulho. Depois, tendes ali um exercito, conhecedor do terreno, mas, pela minha honra o juro, mais valeroso, que feliz: pois grande parte delle ha sido sacrificado pela avareza, ou temeridade dos chefes. Portanto, vós, que tendes a idade militar, empenhai-vos comigo, tomai a defensa da republica; não receeis as desgraças dos outros, nem a soberba dos commandantes. Eu mesmo nas marchas, nos combates, conselheiro e socio nos perigos, sempre estarei comvosco; entre mim e vós tudo será commum. E, se os deoses nos ajudarem, a victoria, os despojos, os louvores, tudo está sazonado; mas quando isto fosse remoto, ou duvidoso, não menos era dever de todo o bom cidadão defender a republica. Pelo ocio ninguem subio á immortalidade, e nenhum pai desejou ainda, que seus filhos fossem eternos; mas que honrada e virtuosamente vivessem. Romanos, eu mais disséra, se palavras dessem valor aos fracos; porque aos fortes tenho fallado assaz. »

Mario, depois deste discurso, vendo accesos os animos da plebe, embarca a toda a pressa mantimentos, dinheiros, armas, e mais petrechos de guerra, e manda com este comboi o seu legado A. Manlio. Elle entretanto passa a alistar os soldados, não pelo modo antigo, nem por classes,

libido erat, capite censos plerosque. Id factum alii inopia bonorum, alii per ambitionem consulis memorabant; quod ab eo genere celebratus auctusque erat, et homini potentiam quærenti egentissimus quisque opportunissimus, cui neque sua curæ, quippe quæ nulla sunt, et omnia cum pretio honesta videntur. Igitur Marius cum aliquanto majore numero, quam decretum erat, in Africam profectus, paucis diebus Uticam advehitur. Exercitus ei traditur a P. Rutilio legato. Nam Metellus conspectum Marii fugerat, ne videret ea, quæ audita animus tolerare nequiverat. Sed consul, expletis legionibus cohortibusque auxiliariis, in agrum fertilem et præda onustum proficiscitur; omnia ibi capta militibus donat. Dein castella et oppida natura et viris parum munita aggreditur; prælia multa, cæterum alia levia aliis locis facere. Interim novi milites sine metu pugnæ adesse; videre fugientes capi, aut occidi; fortissimum quemque tutissimum; armis libertatem, patriam parentesque et alia omnia tegi, gloriam atque divitias quæri. Sic brevi spatio novi veteresque coaluere, et virtus omnium æqualis facta.

At reges, ubi de adventu Marii cognoverunt, diversi in locos difficiles abeunt. Ita Jugurthæ placuerat, speranti, mox effusos hostes invadi posse; Romanos, sicuti plerosque, remoto metu, laxius licentiusque futuros. Metellus interea Ro-

mas segundo cada um se offerecia, e os mais delles proletarios. Dizem uns, que por não os achar melhores, outros, que por ambição; porque a esta especie de gente devia a sua fama e exaltação; e a quem procura poder sempre os mais pobres são os mais opportunos, por isso que, nada tendo, nada receião perder, e por dinheiro tudo lhes parece honesto. Emfim, com forças um pouco maiores, que as decretadas, Mario partio para a Africa, e em poucos dias aportou em Utica. O legado P. Rutilio lhe entregou o exercito: porque Metello, para não vêr o que, nem contado, tivera constancia para soffrer, evitou o encontro de Mario. O consul, preenchidas as legiões e cohortes auxiliares, se dirige a um paiz fertil e carregado de despojos, e ali entrega aos soldados todas as tomadias. Investe depois as praças e cidades pouco fortes e mal guarnecidas; dá muitos combates, mas todos ligeiros, e em differentes partes. Entretanto os novos soldados fôrão perdendo o medo á peleja; vendo, que os que fogem são aprisionados, ou mortos; que o mais valente menos perigo corre; a liberdade, a patria, os parentes, tudo emfim se defende com as armas; com ellas se adquire gloria e riqueza. Assim novos e velhos em breve se familiarizárão, e o valor foi o mesmo em todos.

Os reis, mal souberão da chegada de Mario, separados um do outro, se retirão a logares fragosos. Assim o dispuzera Jugurtha, esperando, que os inimigos, derramando-se logo, poderião ser atacados; e que os Romanos, como fazem os mais

mam' profectus, contra spem suam, lætissimis animis accipitur, plebi patribusque, postquam invidia decesserat, juxta carus. Sed Marius impigre prudenterque suorum et hostium res pariter attendere; cognoscere quid boni utrisque, aut contra esset; explorare itinera regum, consilia et insidias eorum antevenire; nihil apud se remissum neque apud illos tutum pati. Itaque et Gætulos, et Jugurtham, ex sociis nostris prædas agentes, sæpe aggressus in itinere fuderat, ipsumque regem haud procul ab oppido Cirta armis exuerat. Quæ postquam gloriosa modo, neque belli patrandi copiam cognovit, statuit urbes, quæ viris aut loco pro hostibus, et adversum se opportunissimæ erant, singulas circumvenire : ita Jugurtham aut præsidiis nudatum, si ea pateretur, aut prælio certaturum. Nam Bocchus nuntios ad eum sæpe miserat, velle populi Romani amicitiam, ne quid ab se hostile timeret. Id simulaveritne, quo improvisus gravior accideret, an mobilitate ingenii pacem atque bellum mutare solitus, parum exploratum est. Sed consul, uti statuerat, oppida castellaque munita adire; partim vi, alia metu, aut præmia ostentando avertere ab hostibus. Ac primo mediocria gerebat, existimans Jugurtham ob suos tutandos in manus venturum. Sed ubi illum procul abesse, et aliis negotiis intentum accepit, majora et magis aspera aggredi tempus visum est.

dos homens, removido o temor, serião mais relaxados e incautos. Metello, chegando emtanto a Roma, foi, contra a sua expectação, recebido com o maior enthusiasmo, encontrando no povo, depois que se fartára a inveja, não menor affeição, que nos senadores. Mario, activo e prudente, não menos attento aos seus, que aos inimigos, n'uns e n'outros notava os prós e os contras, explorava os movimentos dos reis, prevenia os seus projectos e ciladas, não soffrendo em si descuido, n'elles socego. Assim muitas vezes, atacando no caminho aos Getulos e a Jugurtha, que andavão saqueando os nossos alliados, os tinha desbaratado, e não longe de Cirta obrigado o mesmo rei a largar as armas. Vendo porém, que estas acções, meramente gloriosas, não erão decisivas, determinou ir tomando as cidades que, por melhor guarnecidas ou situadas, erão de maior apoio aos inimigos, a elle de obstaculo; e assim despojar a Jugurtha de todas as fortalezas, se elle o consentisse, ou força-lo a combater. Boccho, pela sua parte, lhe tinha muitas vezes mandado dizer por embaixadores, que desejava a amizade do povo Romano; que delle nada receasse de hostil. Se era nelle simulação para com mais effeito cahir de repente sobre os nossos, ou se por inconstancia de genio se inclinava ora á paz, ora á guerra, mal podemos saber. Mas o consul, como tinha assentado, se dirige ás cidades e praças fortes, e toma aos inimigos umas por força, outras por medo, ou promessas de premio. Começou pelas menos importantes, pensando, que Jugurtha, para defender os seus

Erat inter ingentes solitudines oppidum magnum atque valens, nomine Capsa, cujus conditor Hercules Libys memorabatur. Ejus cives apud Jugurtham immunes, levi imperio, et ob ea fidelissimi habebantur; muniti adversum hostes non mœnibus modo, et armis atque viris, verum etiam multo magis locorum asperitate. Nam, præter oppido propinqua, alia omnia vasta, inculta, egentia aquæ, infesta serpentibus, quarum vis, sicuti omnium ferarum, inopia cibi acrior; ad hoc natura serpentium ipsa perniciosa, siti magis, quam alia re, accenditur. Ejus oppidi potiundi Marium maxima cupido invaserat, quum propter usum belli, tum quia res aspera videbatur. Et Metellus oppidum Thalam magna gloria ceperat, haud dissimiliter situm munitumque; nisi quod apud Thalam non longe a mœnibus aliquot fontes erant, Capsenses una modo, atque ea intra oppidum, jugi aqua, cætera pluvia utebantur. Id ibique, et in omni Africa, quæ procul à mari incultius agebat, eo facilius tolerabatur, quia Numidæ plerumque lacte et ferina carne vescebantur, neque salem, neque alia irritamenta gulæ quærebant. Cibus illis adversum famem atque sitim, non libidini neque luxuriæ erat.

Igitur consul, omnibus exploratis, credo diis

viria com elle ás mãos. Mas, sabendo, que estava ausente, e occupado em outros negocios, julgou ser occasião de atacar as maiores e mais difficeis.

Havia no centro de um immenso deserto uma grande e poderosa cidade, cujo fundador se dizia fôra Hercules Libyo. Os seus habitantes, porque Jugurtha os isentára de impostos, e os regia com doçura, lhe erão fidelissimos, e contra os inimigos não só os defendião os muros, as armas, e a guarnição, mas sobre tudo a aspereza do paiz. Pois, excepto os arredores da praça, tudo o mais era deserto, inculto, falto de agua, infestado de serpentes, cuja raiva, além de se exasperar com a fome, como a das outras feras, por uma qualidade privativa a estes perniciosos reptis, ainda mais se accende com a sede. Mario ardia todo em desejos de tomar esta praça tanto pela sua importancia, como por ser cousa difficil; e Metello se ter coberto de gloria com a conquista de Thala, praça não melhor situada, nem mais forte; com a differença, que em Thala, não longe dos muros, algumas fontes havia, em Capsa uma só de agua viva, e essa dentro da cidade, e os habitantes gastavão o mais do tempo da chuva. Isto ali, e por toda a Africa, se fazia menos sensivel aos povos, que, distantes do mar, vivião mais incultos; por isso que se nutrem só de leite, e carne de feras, e não procurão sal, nem outros irritamentos da gula. Comem, e bebem para matar a fome e a sede, e não por luxo e regalo.

O consul, posto que de tudo bem instruido, fia-

fretus (nam contra tantas difficultates consilio satis providere non poterat : quippe etiam frumenti inopia tentabatur, quod Numidæ pabulo pecoris magis quam arvo student, et quodcumque natum fuerat, jussu regis in loca munita contulerant; ager autem aridus et frugum vacuus ea tempestate, nam æstatis extremum erat), tamen pro rei copia satis providenter exornat : pecus omne, quod superioribus diebus prædæ fuerat, equitibus auxiliariis agendum attribuit; A. Manlium legatum cum cohortibus expeditis ad oppidum Laris, ubi stipendium et commeatum locaverat, ire jubet, dicitque se predabundum post paucos dies eodem venturum. Sic incepto suo occultato pergit ad flumen Tanaim.

Cæterum in itinere quotidie pecus exercitui per centurias, item turmas æqualiter distribuerat, et, ex coriis utres uti fierent, curabat; simul et inopiam frumenti lenire, et, ignaris omnibus, parare, quæ mox usui forent. Denique sexto die, quum ad flumen ventum est, maxima vis utrium effecta. Ibi castris levi munimento positis, milites cibum capere, atque, uti simul cum occasu solis egrederentur, paratos esse jubet; omnibus sarcinis abjectis, aqua modo seque et jumenta onerare. Dein, postquam tempus visum, castris egreditur, noctemque totam itinere facto, consedit. Idem proxima facit. Dein tertia, multo ante lucis adventum, pervenit in locum tumulosum, ab Capsa non amplius duum millium intervallo; ibique

do, creio eu, nos deoses (pois contra tantas difficuldades não bastava providencia humana; porque o ameaçava tambem a falta de pão, em razão de que os Numidas, além de serem mais pastores, que agricultores, tinhão por ordem do rei transportado para as fortalezas toda a producção daquelle anno, e os campos estavão aridos e despidos de searas, por ser o fim do estio) comtudo se provê do modo, que permittião as circumstancias; entrega todo o gado, apprehendido nos dias antecedentes, á cavallaria auxiliar, para o conduzir; manda ir o seu legado A. Manlio com as cohortes ligeiras para a cidade de Laris, onde tinha a caixa militar e os depositos de viveres, dizendo-lhe, que sahia a saquear, e em poucos dias lá seria com elle; e assim occultando o seu projecto, marchou para o rio Tanais.

Depois todos os dias na marcha distribuia igualmente o gado pelas centurias e turmas, ordenando, que das pelles se fizessem odres; com o que ao mesmo tempo, que suppria a falta de trigo, hia, sem ninguem saber, apromptando o que logo lhe seria preciso. Ao sexto dia emfim, quando chegárão ao rio, estava já feito um grande numero de odres. Ali assentado o campo com um leve entrincheiramento, manda, que os soldados comão, e estejão promptos a marchar ao pôr do sol; e deixadas todas as bagagens, elles e as bestas carreguem agua sómente. Depois, quando julgou ser tempo, sahio dos arraiaes, e, tendo marchado toda a noite, acampou. Na seguinte faz o mesmo. Na terceira muito antes de romper o dia chega a um logar

quam occultissime potest, cum omnibus copiis opperitur. Sed ubi dies cœpit, et Numidæ, nihil hostile metuentes, multi oppido egressi, repente omnem equitatum, et cum his velocissimos pedites cursu tendere ad Capsam, et portas obsidere jubet; deinde ipse intentus propere sequi, neque milites prædari sinere. Quæ postquam oppidani cognovere, res trepidæ, metus ingens, malum improvisum, ad hoc pars civium extra mœnia in hostium potestate, coegere, uti deditionem facerent. Cæterum oppidum incensum; Numidæ puberes interfecti; alii omnes venum dati; præda militibus divisa. Id facinus contra jus belli, non avaritia, neque scelere consulis admissum: sed quia locus Jugurthæ opportunus, nobis aditu difficilis; genus hominum mobile, infidum, ante neque beneficio, neque metu coercitum.

Postquam tantam rem peregit Marius, sine ullo suorum incommodo, magnus et clarus antea, major et clarior haberi cœpit. Omnia non bene consulta in virtutem trahebantur. Milites, modesto imperio habiti, simul et locupletes, ad cœlum ferre; Numidæ magis quam mortalem timere; postremo omnes socii atque hostes credere illi aut mentem divinam esse, aut deorum nutu cuncta portendi. Sed consul, ubi ea res bene evenit, ad alia oppida pergit; pauca, repugnantibus Numidis, capit; plura, deserta propter Capsensium miserias, igni corrumpit; luctu atque cæde

montuoso, duas milhas, não mais, distante de Capsa; e ali o mais occulto que póde faz alto com toda a tropa. Mal assomou o dia, e os Numidas, sem receio algum de inimigo, sahírão em multidão da praça, de repente manda, que toda a cavallaria, e os mais velozes infantes corrão á cidade e se apoderem das portas; elle rapido os segue, prohibindo aos soldados o saque. Quando os da praça tal advertírão, o sobresalto, o excessivo terror, a imprevista desgraça, e além disso uma parte dos seus fóra dos muros e em poder dos inimigos, os obrigárão a render-se. A cidade foi entregue ás chammas, os Numidas moços ao ferro, todos os mais vendidos, a presa distribuida aos soldados. Este attentado contra as leis da guerra não foi commettido por avareza, ou crueldade do consul; mas por ser a praça vantajosa a Jugurtha, a nós difficil de accesso; e aquella raça de homens inconstante, infiel, e nunca até ali refreada nem por beneficio, nem por medo.

Mario, concluida tamanha empresa sem damno algum dos seus, se já d'antes era reputado grande e illustre, muito mais o foi depois. As suas mesmas imprudencias se olhavão como rasgos de genio. Os soldados, regidos com doçura, e ao mesmo tempo enriquecidos, o exaltavão ás nuvens; os Numidas o temião como um ente sobrehumano; alliados e inimigos todos emfim acreditavão que, ou nelle havia mente divina, ou tudo lhe era revelado por inspiração dos deoses. O consul, tendo sahido bem desta empresa, se dirigio a outras cidades; poucas tomou com

omnia complentur. Denique multis locis potitus, ac plerisque exercitu incruento, aliam rem aggreditur, non eadem asperitate, qua Capsensium, cæterum haud secus difficilem.

Namque haud longe a flumine Mulucha, quod Jugurthæ Bocchique regnum disjungebat, erat inter cæteram planitiem mons saxeus, mediocri castello satis patens, in immensum editus, uno perangusto aditu relicto; nam omnis natura, velut opere atque consulto, præceps. Quem locum Marius, quod ibi regis thesauri erant, summa vi capere intendit. Sed ea res forte, quam consilio, melius gesta. Nam castello virorum atque armorum satis, magna vis et frumenti, et fons aquæ. Aggeribus turribusque et aliis machinationibus locus importunus. Iter castellanorum angustum admodum, utrimque præcisum. Vineæ cum ingenti periculo frustra agebantur; nam quum eæ paulo processerant, igni aut lapidibus corrumpebantur. Milites neque pro opere consistere, propter iniquitatem loci, neque inter vineas sine periculo administrare; optimus quisque cadere, aut sauciari, cæteris metus augeri.

At Marius, multis diebus et laboribus consumptis, anxius trahere cum animo suo, omitteretne inceptum, quoniam frustra erat, an fortunam op-

resistencia, a muitas, que pelo terrivel exemplo de Capsa, achou desertas, pôz fogo : tudo deixou coberto de lucto, e sangue. Tendo-se emfim apoderado de muitas fortalezas, as mais dellas sem perder um homem, se propõe outra empresa não tão ardua, como a de Capsa, mas de outra difficuldade.

Não longe do rio Mulucha, que dividia os reinos de Jugurtha e Boccho, havia no centro de uma planicie um cabeço de rocha viva, summamente elevado, com ambito assaz para um mediano castello, sem ter mais, que uma avenida mui estreita; porque todo era talhado a pique pela natureza, como se fosse á mão e de proposito. Mario com summo empenho emprendeo tomar este ponto, por estarem ali os thesouros do rei. Mas o exito foi mais devido ao acaso, que ao plano : pois o castello estava bem provido de gente, armas, e viveres, e tinha uma nascente d'agua. O terreno não era apto para trincheiras, torres, e outras obras. O caminho, além de mui estreito, de ambos os lados era um despenhadeiro. Debalde, e com immenso perigo se construião galerias; porque, apenas começadas, erão destruidas pelo fogo e pelas pedras. Os soldados nem podião suster-se diante das obras, pela desigualdade do terreno, nem trabalhar sem risco dentro das galerias : aquelle que mais se afoutava era morto, ou ferido, nos outros crescia o temor.

Depois de muitos dias e trabalhos perdidos, Mario desanimado, entrou a considerar, se desistiria da empresa, como impraticavel, ou se espe-

periretur, qua sæpe prospere usus fuerat. Quæ quum multos dies noctesque æstuans agitaret, forte quidam Ligus, ex cohortibus auxiliariis miles gregarius, castris aquatum egressus, haud procul ab latere castelli, quod aversum præliantibus erat, animadvertit inter saxa repentes cochleas; quarum quum unam atque alteram, dein plures peteret, studio legendi paulatim prope ad summum montis egressus est. Ubi postquam solitudinem intellexit, more humani ingenii, cupido difficilia faciendi animum vertit. Et forte in eo loco grandis ilex coaluerat inter saxa, paululum modo prona, deinde flexa atque aucta in altitudinem, quo cuncta gignentium natura fert. Cujus ramis modo, modo eminentibus saxis nisus Ligus, in castelli planitiem pervenit, quod cuncti Numidæ intenti præliantibus aderant. Exploratis omnibus, quæ mox usui fore ducebat, eodem regreditur, non temere, uti adscenderat, sed tentans omnia et circumspiciens.

Itaque Marium propere adit, acta edocet; hortatur, ab ea parte, qua ipse descenderat, castellum tentet; pollicetur sese itineris ducem, periculique nihil esse docet. Marius cum Ligure, promissa ejus cognitum, ex præsentibus misit; quorum uti cujusque ingenium erat, ita rem difficilem aut facilem nuntiavere. Consulis animus tamen paulum arrectus. Itaque ex copia tibicinum et cornicinum, numero quinque quam velocissimos delegit; et cum his, præsidio qui forent, quatuor

raria a fortuna, que tantas vezes encontrára propicia. Como nestes pensamentos fluctuasse muitos dias e noites, acaso um Ligurio, simples soldado das cohortes auxiliares, sahindo dos arraiaes por agua. não longe do castello, do lado opposto ao do ataque, avistou alguns caracoes arrastando-se por entre os rochedos; como procurasse um e outro, e depois muitos, na deligencia de os colher, foi pouco a pouco subindo até ao cimo do monte. Depois que o vio solitario, o desejo, natural ao homem, de vencer difficuldades, o fez mudar de intento. Tinha-se acaso ali criado entre as rochas uma grande azinheira, que em baixo inclinada um pouco, depois se endireitava e subia até á altura, a que a natureza costuma elevar taes arvores. Apegando-se ora aos ramos della, ora ás pontas dos penedos, o Ligurio chegou á plataforma do castello; porque todos os Numidas estavão absortos presenciando o combate. Explorado quanto julgou lhe poderia logo servir, voltou pelo mesmo sitio, não desattentadamente, como subíra, mas tenteando e notando tudo em torno.

Depois corre apressado a Mario e lhe conta o succedido, exhortando-o a tentar o castello pela parte, por onde elle descêra, offerecendo-se para guia do caminho, e segurando, que não havia perigo. Mario mandou alguns dos que estavão presentes, com o Ligurio, para verificarem o seu dito: cada um dos quaes, segundo era mais ou menos afouto, assim veio pintar a cousa facil, ou difficil. O consul cobrou comtudo algum animo. Entre todos os trombeteiros e cornetas escolhe

centuriones, omnesque Liguri parere jubet, et ei negotio proximum diem constituit. Sed ubi ex præcepto tempus visum, paratis compositisque omnibus ad locum pergit. Cæterum illi, qui centuriis præerant, prædocti ab duce, arma ornatumque mutaverant, capite atque pedibus nudis, uti prospectus nisusque per saxa facilius foret; super terga gladii et scuta, verum ea Numidica ex coriis, ponderis gratia simul, et offensa quo levius streperent.

Igitur prægrediens Ligus saxa, et si quæ vetustate radices eminebant, laqueis vinciebat, quibus allevati milites facilius adscenderent; interdum timidos insolentia itineris levare manu; ubi paulo asperior adscensus erat, singulos præ se inermes mittere; deinde ipse cum illorum armis sequi; quæ dubia nisui videbantur, potissimus tentare, ac sæpius eadem adscendens descendensque, dein statim digrediens, cæteris audaciam addere. Igitur diu multumque fatigati, tandem in castellum perveniunt, desertum ab ea parte, quod omnes, sicuti aliis diebus, adversum hostes aderant. Marius, ubi ex nuntiis, quæ Ligus egerat, cognovit, quamquam toto die intentos prælio Numidas habuerat, tum vero cohortatus milites, et ipse extra vineas egressus, testudine acta succedere, et simul hostem tormentis sagittariisque et funditoribus eminus terrere.

cinco mais ageis, e com estes, quatro centuriões, para os protegerem, manda, que todos obedeção ao Ligurio, e para esta expedição determina o dia seguinte. Quando o Ligurio julgou ser o tempo da ordem, prompto e arranjado tudo, marchou para o sitio. Elles, e os commandantes das centurias, por instrucção do guia, fôrão com armas e vestidos mudados, a cabeça nua, e descalços, para melhor poderem vêr e trepar pelos rochedos; as espadas ás costas e escudos de couro á Numida, assim em razão do peso, como para que, tocando nas pedras, menos tinissem.

Indo pois na frente o Ligurio, ás pontas dos penedos e raizes, que pelo tempo encontrava excavadas, atava cordas, com o apoio das quaes mais facilmente subissem os soldados; aos que desanimavão com a estranheza do caminho, dava algumas vezes a mão; onde a subida era um pouco mais aspera, os mandava ir desarmados, um a um, diante de si, e com as armas delles os seguia depois; os passos de mais duvidoso apoio elle os tentava primeiro, e muitas vezes subindo e descendo, e logo, pondo-se de lado, animava os outros. Emfim, depois de longo tempo e fadiga, chegão ao castello, daquella parte deserto; porque todos, como nos dias antecedentes, estavão defronte do inimigo. Mario, apenas teve noticia do que fizera o Ligurio, bem que para chamar a attenção do inimigo todo o dia tivesse combatido, comtudo, exhortando os seus, e sahindo das galerias, forma tartaruga, e avança, aterrando ao mesmo tempo os sitiados de longe com catapultas, bésteiros, e fundibularios.

At Numidæ sæpe antea vineis Romanorum subversis, item incensis, non castelli mœnibus sese tutabantur; sed pro muro dies noctesque agitare, maledicere Romanis, ac Mario vecordiam objectare, militibus nostris Jugurthæ servitium minari, secundis rebus feroces esse. Interim omnibus Romanis hostibusque prælio intentis, magna utrimque vi pro gloria atque imperio his, illis pro salute certantibus, repente a tergo signa canere; ac primo mulieres et pueri, qui visum processerant, fugere, deinde, uti quisque muro proximus erat, postremo cuncti armati inermesque. Quod ubi accidit, eo acrius Romani instare, fundere, ac plerosque tantummodo sauciare; dein super occisorum corpora vadere; avidi gloriæ, certantes murum adscendere; neque quemquam omnium præda morari. Sic forte correcta Marii temeritas gloriam ex culpa invenit.

Cæterum dum ea res geritur, L. Sylla quæstor cum magno equitatu in castra venit, quod ut ex Latio et a sociis cogeret, Romæ relictus erat. Sed quoniam nos tanti viri res admonuit, idoneum visum est, de natura cultuque ejus paucis dicere, neque enim alio loco de Syllæ rebus dicturi sumus; et L. Sisenna optime et diligentissime omnium, qui eas res dixere, persecutus, parum mihi libero ore locutus videtur.

Igitur Sylla gentis patriciæ nobilis fuit, familia prope jam exstincta majorum ignavia, litteris

Os Numidas, tendo muitas vezes destruido e queimado as galerias dos Romanos, já se não cobrião com os muros; mas, soberbos com a prosperidade, fóra delles passavão noite e dia, e insultavão os Romanos, tratando a Mario de louco, e ameaçando os soldados com os ferros de Jugurtha. Em quanto sitiados e sitiantes, empenhados todos na acção, uns pela gloria e pela republica, outros pelas proprias vidas, com grande furia combatem, de repente soão da retaguarda as trombetas; primeiro as mulheres e meninos, que tinhão sahido a vêr, depois os que mais perto estavão dos muros, e por fim todos, armados e desarmados, fogem. Os Romanos, com este successo, mais impetuosos carregão, desbaratão, e ferindo apenas os mais delles, passão por cima dos mortos; sequiosos de gloria, procurão ganhar os muros; nem só um se detem com o saque. Assim, corrigida pelo acaso a temeridade de Mario, um erro lhe obteve gloria.

Neste meio tempo, o questor L. Sylla, chegou ao campo com uma grande força de cavallaria, que elle em Roma tinha ficado para receber do Lacio e dos alliados. E pois o assumpto me trouxe aqui tão grande homem, julgo a proposito dizer alguma cousa da sua indole e costumes; porque não terei outra occasião de o fazer; e porque L. Sisenna, o melhor e mais circumstanciado de quantos a seu respeito escrevêrão, me parece ter fallado com pouca liberdade.

Foi Sylla homem nobre, da classe patricia, mas de uma familia quasi esquecida pela ignavia de

Græcis atque Latinis juxta, atque doctissime eruditus, animo ingenti, cupidus voluptatum, sed gloriæ cupidior; otio luxurioso esse, tamen ab negotiis nunquam voluptas remorata, nisi quod de uxore potuit honestius consuli; facundus, callidus, et amicitia facilis; ad simulanda negotia altitudo ingenii incredibilis; multarum rerum, ac maxime pecuniæ largitor. Atque illi, felicissimo omnium ante civilem victoriam, nunquam super industriam fortuna fuit, multique dubitavere, fortior an felicior esset. Nam, postea quæ fecerit, incertum habeo, pudeat magis, an pigeat disserere.

Igitur Sylla, uti supra dictum est, postquam in Africam atque in castra Marii cum equitatu venit, rudis antea et ignarus belli, sollertissimus omnium in paucis tempestatibus factus est. Ad hoc milites benigne appellare; multis rogantibus, aliis per se ipse dare beneficia, invitus accipere, sed ea properantius, quam æs mutuum reddere, ipse ab nullo repetere, magis id laborare, ut illi quam plurimi deberent; joca atque seria cum humillimis agere; in operibus, in agmine atque ad vigilias multus adesse; neque interim, quod prava ambitio solet, consulis aut cujusquam boni famam lædere; tantummodo neque consilio, neque manu priorem alium pati, plerosque antevenire. Quis rebus et artibus brevi Mario militibusque carissimus factus est.

seus avós, profundamente erudito nas letras Gregas e Latinas, de grande animo, ávido de prazeres, e de gloria muito mais ainda; e, bem que no ocio amava o luxo, nunca a voluptuosidade o distrahio dos seus deveres; só a respeito da mulher se podia ter comportado com mais decoro: era facundo, astuto, em amizades facil, de uma habilidade incrivel para a simulação, de mãos largas, principalmente a respeito de dinheiro. E, posto que antes da victoria civil de todos fosse o mais feliz, nunca a sua fortuna foi superior ao seu genio, e duvidárão muitos, se nelle era maior o valor, se a felicidade. Mas, quanto ao que fez depois, não sei se me envergonha, se me aborrece mais o conta-lo.

Sylla, depois que chegou, como dissémos, com a cavallaria á Africa e ao campo de Mario, até ali noviço e ignorante da guerra, em pouco tempo se tornou o mais habil de todos. Era, além disto, affavel com os soldados; a muitos rogado, a alguns de seu proprio moto fazia favores; constrangido os acceitava, mas era mais prompto em paga-los, que se fosse dinheiro emprestado; de ninguem exigia retribuição; todo o seu empenho era ter devedores quantos mais melhor: em assumptos sérios ou jocosos com os mais humildes se entretinha; nos acampamentos, nas marchas, nos piquetes se mostrava incansavel: e entretanto não denegria a fama do consul, ou de pessôa alguma de merito, como faz a vil ambição. Só não soffria, que em intelligencia e valor alguem se lhe avantajasse; e a quasi todos excedia. Com taes manei-

At Jugurtha, postquam oppidum Capsam aliosque locos munitos et sibi utiles, simul et magnam pecuniam amiserat, ad Bocchum nuntios mittit, quamprimum in Numidiam copias adduceret : prælii faciendi tempus adesse. Quem ubi cunctari accepit, dubium belli atque pacis rationes trahere; rursus uti antea, proximos ejus donis corrumpit, ipsique Mauro pollicetur Numidiæ partem tertiam, si aut Romani Africa expulsi, aut, integris suis finibus, bellum compositum foret. Eo præmio illectus Bocchus cum magna multitudine Jugurtham accedit. Ita amborum exercitu conjuncto, Marium jam in hiberna proficiscentem, vix decima parte diei reliqua, invadunt, rati noctem, quæ jam aderat, et victis sibi munimento fore, et, si vicissent, nullo impedimento, quia locorum scientes erant; contra Romanis utrumque casum in tenebris difficiliorem fore.

Igitur simul consul ex multis de hostium adventu cognovit, et ipsi hostes aderant. Et, priusquam exercitus aut instrui, aut sarcinas colligere, denique antequam signum, aut imperium ullum accipere quivit, equites Mauri atque Gætuli, non acie, neque ullo more prælii, sed catervatim, uti quosque fors conglobaverat, in nostros incurrunt. Qui omnes trepidi, improviso metu, ac tamen virtutis memores, aut arma capiebant, aut

ras e prendas em breve adquirio a maior estima de Mario e dos soldados.

Jugurtha, perdida Capsa, com outras fortalezas importantes, e grande parte dos seus dinheiros, mandou mensageiros a Boccho, a dizer-lhe, que sem demora baixasse com as suas tropas á Numidia; pois era chegada a occasião de combater. Mas quando conheceo, que elle hia espaçando, e indeciso calculava as vantagens da paz e da guerra; torna, como antes, a comprar os que o rodeavão, e ao mesmo Mouro promette a terça parte da Numidia, se os Romanos fossem expulsos da Africa, ou, conservando elle inteiro o reino, se fizesse a paz. Engodado com este premio, Boccho vem unir-se a Jugurtha com grande multidão. Combinadas as suas forças, atacão ambos a Mario, indo este em marcha para quarteis de inverno, quando já não restava mais, que uma hora de sol, pensando, que a noite, já proxima, os protegeria, vencidos; vencedores, os não impediria, por serem praticos do terreno; pelo contrario, n'um e n'outro caso a escuridão estorvaria os Romanos.

Eis que por muitas vias a um tempo recebe o consul a noticia da chegada do inimigo, e o mesmo inimigo assoma. E, antes que o exercito se pudesse formar, ou reunir as bagagens, antes que pudesse emfim receber algum signal, ou ordem, os cavalleiros Mouros e Getulos, sem fórma, nem regularidade alguma, em chusmas, e como o acaso os juntava, acommettem os nossos; que, bem que turbados todos com o repentino susto, não

capientes alios ab hostibus defensabant; pars equos adscendere, obviam ire hostibus; pugna latrocinio magis, quam prælio similis fieri; sine signis, sine ordinibus, equites peditesque permixti, cædere alios, alios obtruncare; multos contra adversos acerrime pugnantes ab tergo circumvenire; neque virtus, neque arma satis tegere, quod hostes numero plures et undique circumfusi erant. Denique Romani veteres novique, et ob ea scientes belli, si quos locus, aut casus conjunxerat, orbes facere, atque ita ab omnibus partibus simul tecti et instructi hostium vim sustentabant. Neque in eo tam aspero negotio Marius territus, aut magis, quam antea, demisso animo fuit; sed cum turma sua, quam ex fortissimis magis quam familiarissimis, paraverat, vagari passim, ac modo laborantibus suis succurrere, modo hostes, ubi confertissimi obstiterant, invadere; manu consulere militibus, quoniam imperare, conturbatis omnibus non poterat.

Jamque dies consumptus erat, quum tamen barbari nihil remittere, atque, uti reges præceperant, noctem pro se rati, acrius instare. Tum Marius ex copia rerum consilium trahit, atque, uti suis receptui locus esset, colles duos propinquos inter se occupat. Quorum in uno, castris parum amplo, fons aquæ magnus erat; alter usui opportunus, quia magna parte editus et præceps

esquecidos comtudo do seu costumado valor, ou se armão, ou defendem os que se armão; alguns montão a cavallo, e vão contra o inimigo: mais um assalto de ladrões, que batalha, parecia a peleja; sem bandeiras, sem fórma, cavalleiros e infantes confundidos, ferem uns, matão outros, envolvem a muitos pela retaguarda, em quanto valerosamente combatem com os que tem na frente. Nem valor, nem armas a defende-los bastão, que os inimigos, superiores em numero, e espalhados por toda a parte, os cercão. Por fim os nossos veteranos e os soldados novos, instruidos por estes, no logar, em que estavão juntos, ou a casualidade os juntava, fazião circulos, e desta sorte de toda a parte cobertos e formados, sustentavão a furia dos inimigos. Em tão aspero conflicto Mario, não aterrado, nem menos sereno, que d'antes, com a sua turma, que elle havia organisado, não dos seus mais affectos, mas dos mais esforçados, girava por toda a parte, já soccorrendo os que via apertados, já carregando os inimigos, onde os achava em mais força: como em tão geral confusão não podia valer aos seus como chefe, lhes acudia com o braço.

Era já noite fechada, e os barbaros não afrouxavão, antes, persuadidos, segundo os reis lhes disserão, que a noite seria por elles, com mais vigor carregavão. Mario, tirando então das circumstancias conselho, para segurar um asylo aos seus, determina occupar dous montes entre si vizinhos; dos quaes um, pouco espaçoso para campo, tinha uma grande fonte d'agua, o ou-

pauca munimento egebat. Cæterum apud aquam Syllam cum equitibus noctem agitare jubet. Ipse paulatim dispersos milites, neque minus hostibus conturbatis, in unum contrahit; dein cunctos pleno gradu in collem subducit. Ita reges, loci difficultate coacti, prælio deterrentur. Neque tamen suos longius abire sinunt; sed, utroque colle multitudine circumdato, effusi consedere. Dein crebris ignibus factis, plerumque noctis barbari suo more lætari, exsultare, strepere vocibus; et ipsi duces feroces, quia non fugerant, pro victoribus agere.

Sed ea cuncta Romanis, ex tenebris et editioribus locis facilia visu magnoque hortamento erant. Plurimum vero Marius imperitia hostium confirmatus, quam maximum silentium haberi jubet, ne signa quidem, uti per vigilias solebant, canere. Deinde ubi lux adventabat, defessis jam hostibus et paulo ante somno captis, de improviso vigiles, item cohortium, turmarum, legionum tubicines simul omnes signa canere, milites clamorem tollere, atque portis erumpere jubet. Mauri atque Gætuli ignoto et horribili sonitu repente exciti, neque fugere, neque arma capere, neque omnino facere aut providere quidquam poterant. Ita cunctos strepitu, clamore, nullo subveniente, nostris instantibus, tumultu, terrore, formidine quasi vecordia ceperat. Denique omnes fusi fugatique; arma et signa militaria pleraque

tro era opportuno para o intento, porque, em grande parte ingreme e precipitado, pouca fortificação precisava. Ordena pois a Sylla, que vá com a cavallaria pernoitar junto á fonte. Elle reunindo pouco a pouco os soldados dispersos (os inimigos não o estavão menos) a passo largo os conduzio ao monte. Os reis, forçados pela difficuldade do terreno, desistem do combate. Mas, sem consentir aos seus que se afastassem para longe, cercando com a multidão um e outro monte, espalhados acampão. Depois accesos muitos fógos, os barbaros, a seu uso, passão o mais da noite em alegrias, exultações, e algazarras; e os mesmos chefes ufanos, porque não fugírão, se julgão vencedores.

Mas todas estas cousas para os Romanos, que na escuridão e de logares mais altos facilmente as vião, erão a melhor exhortação. Mario, bem certificado da impericia dos inimigos, manda, que se guarde o maior silencio, e, nem para render os quartos se dem os toques do costume. Depois ao romper da alva, já cansados os inimigos e pouco antes tomados do somno, de repente ordena que as trombetas das guardas, cohortes, turmas e legiões toquem todas ao mesmo tempo; e que os soldados com grandes gritos se lancem fóra das portas. Os Mouros e Getulos com o desconhecido, e horrivel estrondo, de repente acordados, nem fugir, nem tomar as armas, nem fazer, nem providenciar cousa alguma podião. Com o estrepito, e clamor, não os soccorrendo alguem, carregando os nossos, de perturbação, terror, e espan-

capta; pluresque eo prælio, quam omnibus superioribus interempti. Nam somno et metu insolito impedita fuga.

Dein Marius, uti cœperat, in hiberna proficiscitur; quæ propter commeatum in oppidis maritimis agere decreverat. Neque tamen socors victoria, aut insolens factus, sed, pariter ac in conspectu hostium, quadrato agmine incedere. Sylla cum equitatu apud dextimos; in sinistra parte A. Manlius cum funditoribus et sagittariis, præterea cohortes Ligurum curabat; primos et extremos cum expeditis manipulis tribunos locaverat. Perfugæ, minime cari et regionum scientissimi, hostium iter explorabant. Simul consul, quasi nullo imposito, omnia providere, apud omnes adesse; laudare et increpare merentes; ipse armatus intentusque, item milites cogebat. Neque secus, atque iter facere, castra munire; excubitum in portas cohortes ex legionibus, pro castris equites auxiliarios mittere; præterea alios super vallum in munimentis locare, vigilias ipse circumire, non tam diffidentia futuri, quæ imperavisset, quam uti militibus exæquatus cum imperatore labor volentibus esset. Et sane Marius illoque aliisque temporibus Jugurthini belli pudore magis, quam malo, exercitum coercebat. Quod multi per ambitionem fieri aiebant; pars, quod a pueritia consuetam duritiam, et alia, quæ cæteri miserias vocant, voluptati habuisset.

to ficárão como estupidos. Emfim todos fôrão rotos e desbaratados; quasi todas as armas e bandeiras tomadas; os mortos nesta batalha fôrão mais, que em todas as antecedentes; porque o somno e o estranho terror lhes impedírão a fuga.

Mario continua depois a começada marcha para os quarteis de inverno, que, em razão dos mantimentos, assentára estabelecer nas cidades maritimas. Longe porém de se tornar com a victoria mais descuidado, ou insolente, avançava sempre em quadrado, como se tivesse o inimigo á vista. Sylla hia no flanco direito com a cavallaria, na esquerda A. Manlio com os fundibularios, bésteiros, e cohortes Ligurias: na frente e na retaguarda collocava os tribunos com as centurias ligeiras. Os transfugas, por menos apreciados, e mais praticos do terreno, exploravão os movimentos do inimigo. O consul ao mesmo tempo, como se nada tivesse encarregado a outrem, providenciava tudo, apparecia a todos, louvando, ou increpando os que o merecião; armado e prevenido sempre, obrigava ao mesmo os soldados. Nos acampamentos não era menos cauteloso, que nas marchas; postava de guarda ás portas cohortes legionarias, piquetes de cavallaria auxiliar em frente do campo, e, além disto, vedetas sobre as trincheiras; e elle mesmo rondava os postos, não tanto por desconfiança da execução das suas ordens, como para que, igualado o trabalho entre os soldados e o chefe, se fizesse de melhor vontade. E sem duvida nesta occasião, e em todo o tempo da guerra Ju-

Nisi tamen respublica, pariter ac sævissimo imperio, bene atque decore gesta.

Igitur quarto denique die, haud longe ab oppido Cirta undique simul speculatores citi sese ostendunt; qua re hostis adesse intelligitur. Sed quia diversi redeuntes, alius ab alia parte atque omnes idem significabant; consul incertus, quonam modo aciem instrueret, nullo ordine commutato, adversum omnia paratus, ibidem opperitur. Ita Jugurtham spes frustrata, qui copias in quatuor partes distribuerat, ratus, ex omnibus æque aliquos ab tergo hostibus venturos. Interim Sylla, quem primum hostes attigerant, cohortatus suos, turmatim et quam maxime confertis equis, ipse aliique Mauros invadunt; cæteri in loco manentes ab jaculis eminus emissis corpora tegere, et, si qui in manus venerant, obtruncare. Dum eo modo equites præliantur, Bocchus cum peditibus, quos Volux filius ejus adduxerat, neque in priore pugna, in itinere morati, adfuerant, postremam Romanorum aciem invadunt. Tum Marius apud primos agebat, quod ibi Jugurtha cum plurimis erat. Dein Numida, cognito Bocchi adventu, clam cum paucis ad pedites convertit; ibi latine, nam apud Numantiam loqui didicerat, exclamat, nostros frustra pugnare; paulo ante Marium sua ma-

gurthina, Mario fez quanto quiz do exercito mais por meio do pundonor, que do castigo. Dizião uns, que era por ambição, outros, porque, desde a infancia costumado a uma vida dura, o que os mais chamão calamidades, tinha elle por delicia. O caso he, que administrou a republica tão bem e honradamente, como se no commando fosse cruelissimo.

Ao quarto dia emfim, não longe de Cirta, de toda a parte a um tempo assomão os exploradores a toda a brida, signal de ser chegado o inimigo. Mas como voltavão muitos, cada um de seu lado, e todos davão a entender o mesmo: o consul, não sabendo, que fórma devesse dar á linha, sem nada alterar nas fileiras, ali mesmo espera, prompto a fazer frente para todos os lados. Desta sorte se frustrou a esperança de Jugurtha, que tinha dividido as suas tropas em quatro corpos, persuadido, que atacando todos a um tempo, algum tomaria o inimigo pela retaguarda. Entretanto Sylla, que os inimigos encontrárão primeiro, exhortando os seus, por turmas e com os cavallos bem unidos ataca os Mouros com parte da força; os mais, firmes no mesmo posto, se cobrião contra as setas arremeçadas de longe, e, se alguns lhes vinhão ás mãos, os destroncavão. Em quanto a cavallaria deste modo combate, Boccho investe pela retaguarda os Romanos com a infanteria, que seu filho Volux acabava de conduzir-lhe, e por se haver demorado no caminho não assistíra ao principio de acção. Mario achava-se então na frente, porque Jugurtha ahi estava com forças mui nu-

nu interfectum : simul gladium sanguine oblitum ostendere, quem in pugna, satis impigre occiso pedite nostro, cruentaverat.

Quod ubi milites accepere, magis atrocitate rei quam fide nuntii terrentur; simulque barbari animos tollere, et in perculsos Romanos acrius incedere. Jamque paulum ab fuga aberant, quum Sylla, profligatis iis, quos adversum ierat, rediens ab latere Mauris incurrit. Bocchus statim avertitur. At Jugurtha, dum sustentare suos et prope jam adeptam victoriam retinere cupit, circumventus ab equitibus, dextra, sinistra omnibus occisis, solus inter tela hostium vitabundus erumpit. Atque interim Marius, fugatis equitibus, accurrit auxilio suis, quos pelli jam acceperat. Denique hostes jam undique fusi. Tum spectaculum horribile in campis patentibus : sequi, fugere; occidi, capi; equi atque viri afflicti; ac multi, vulneribus acceptis, neque fugere posse, neque quietem pati; niti modo, ac statim concidere; postremo omnia, qua visus erat, constrata telis, armis, cadaveribus, et inter ea humus infecta sanguine.

merosas. Apenas o Numida soube da chegada de Boccho, parte occultamente com poucos a unir-se á infanteria; e ali em Latim (pois em Numancia o aprendèra a fallar) clama, que em vão pelejavão os nossos; que Mario acabava de ser morto pela sua mão: e dizendo isto, lhes mostra a espada tincta no sangue de um infante nosso, que na peleja valerosamente matára.

Os nossos, ouvindo tal, se aterrão mais pela atrocidade do caso, que pela fé do mensageiro; os barbaros cobrão animo, e carregão com mais vigor os consternados Romanos. E já não estavão longe de fugir, quando Sylla, derrotados os que atacára, voltando, acommette os Mouros pelo flanco. Boccho vira logo costas. Jugurtha em quanto procura sustentar os seus, e conservar a quasi obtida victoria, de ambos os flancos he cercado pela cavallaria, e mortos todos os seus, só, fugindo, e defendendo-se, rompeo por entre as lanças dos inimigos. Mario em tanto, dispersada a cavallaria inimiga, acode em soccorro dos seus, que ouvíra estarem a ponto de ceder. Logo em todos os pontos fôrão desbaratados os inimigos. Então um espectaculo horrivel se apresenta por aquellas descobertas campinas: seguir, fugir, matar, aprisionar; cavallos e cavalleiros esmagados; e muitos, pelas recebidas feridas, sem poder fugir, nem querer ficar, procurando erguer-se, e subito cahindo; quanto emfim se alcançava com os olhos estava juncado de lanças, de armaduras, de cadaveres, e nos intervallos terra tincta de sangue.

Postea loci consul, haud dubie jam victor, pervenit in oppidum Cirtam, quo initio profectus intenderat. Eo post diem quintum, quam iterum barbari male pugnaverant, legati a Boccho veniunt, qui regis verbis ab Mario petivere, duos quam fidissimos ad eum mitteret : velle de suo et de populi Romani commodo cum iis disserere. Ille statim L. Syllam et A. Manlium ire jubet. Qui quamquam acciti ibant, tamen placuit verba apud regem facere, ingenium ut aversum flecterent, aut cupidum pacis vehementius accenderent. Itaque Sylla, cujus facundiæ, non ætati a Manlio concessum, pauca verba hujuscemodi locutus :

« Rex Bocche, magna nobis lætitia est, quum te talem virum dii monuere, uti aliquando pacem, quam bellum, malles; neu te optimum cum pessimo omnium Jugurtha miscendo commaculares; simul nobis demeres acerbam necessitudinem, pariter te errantem et illum sceleratissimum persequi. Ad hoc populo Romano jam a principio inopi melius visum amicos, quam servos, quærere; tutiusque rati, volentibus, quam coactis imperitare. Tibi vero nulla opportunior amicitia nostra : primum, quod procul absumus, in quo offensæ minimum, gratia par, ac si prope adessemus; dein, quod parentes abunde habemus, amicorum neque nobis, neque cuiquam omnium satis fuit. Atque hoc utinam a principio tibi placuisset! profecto ex populo Romano ad hoc tempus multo plura bona accepisses, quam mala perpessus es. Sed quoniam humanarum rerum for-

Depois desta inquestionavel victoria, o consul chegou a Cirta, seu primeiro destino. Ali, cinco dias depois da segunda derrota dos barbaros, vierão embaixadores da parte de Boccho pedir a Mario, lhe mandasse duas pessôas da sua maior confiança: que desejava conferir com ellas sobre os seus interesses e os do povo Romano. Elle fez logo partir L. Sylla e A. Manlio: os quaes, não obstante irem chamados, quizerão ser os primeiros a fallar ante o rei, ou para o inclinarem á paz, se estivesse de animo contrario, ou, se desejoso, o accenderem mais. Sylla, a quem, attendendo á eloquencia, e não á idade, Manlio cedeo a palavra, fallou nestes breves termos:

« Rei Boccho, summo prazer he o nosso em vêr que, inspirado pelos deoses, monarcha tão poderoso, preferes a paz á guerra; virtuoso, te não deslustras, associando-te a Jugurtha, o maior dos scelerados; e ao mesmo tempo nos eximes da cruel necessidade de punir com o mesmo rigor em ti um erro, nelle enormissimos crimes. Tanto mais, que o povo Romano, já desde o seu tenue principio, sempre julgou melhor procurar amigos, que escravos, e mais seguro governar voluntarios, que forçados. A ti nenhuma alliança convem mais, que a nossa; primeiro porque estamos longe, offensa não a pódes temer, e a protecção será a mesma que se fossemos vizinhos; depois, porque subditos temos de sobejo, amigos nem nós nem alguem teve ainda bastantes. Oxalá desde o principio tivesses pensado da mesma sorte! Mais beneficios terias, por certo, recebido, que

tuna pleraque regit, cui scilicet placuit, te et vim et gratiam nostram experiri; nunc, quoniam per illam licet, festina, atque, uti cœpisti, perge. Multa opportuna habes, quo facilius errata officiis superes. Postremo hoc in pectus tuum demitte, numquam populum Romanum beneficiis victum esse. Nam, bello quid valeat, tute scis. »

Ad ea Bocchus placide et benigne, simul pauca pro delicto suo verba facit : « Se non hostili animo, sed ob regnum tutandum arma cepisse, nam Numidiæ partem, unde vi Jugurtham expulerit, jure belli suam factam; eam vastari a Mario pati nequivisse; præterea missis antea Romam legatis, repulsum ab amicitia; cæterum vetera omittere, ac tum, si per Marium liceret, legatos ad senatum missurum. » Dein, copia facta, animus barbari ab amicis flexus, quos Jugurtha, cognita legatione Syllæ et Manlii, metuens id, quod parabatur, donis corruperat.

Marius interea, exercitu in hibernaculis composito, cum expeditis cohortibus et parte equitatus proficiscitur in loca sola, obsessum turrim regiam, quo Jugurtha perfugas omnes præsidium imposuerat. Tum rursus Bocchus flectitur, seu reputando, quæ sibi duobus prœliis evenerant, seu admonitus ab aliis amicis, quos incorruptos Ju-

damnos tens supportado. Mas, pois a fortuna dirige quasi todos os successos humanos, e lhe aprouve que experimentasses a nossa força e a nossa benevolencia, agora que ella o permitte, apressa-te, acaba o começado. Muitos e opportunos meios tens de facilmente superar com os serviços os erros. Emfim, grava no coração esta verdade : nunca o povo Romano foi vencido em generosidade. Na guerra sabes quanto póde. »

A isto, e em desculpa do seu delicto, Boccho, affavel e cortez, respondeo em poucas palavras : « que tomára as armas, não com animo hostil, mas em defensa do seu reino; porque a parte da Numidia, donde por força expulsára Jugurtha, era sua por direito da guerra; e não podia soffrer, que Mario a devastasse. De mais, que, tendo antes mandado a Roma embaixadores a pedir amizade, lha negárão; mas emfim que esquecia o passado, e agora, se Mario o permittisse, mandaria embaixadores ao senado. » Mas depois, concedida esta licença, o barbaro se deixou dobrar pelos amigos, que Jugurtha, instruido da legação de Sylla e Manlio, e temendo o que se preparava, corrompêra com dadivas.

Mario entretanto, acantonado o exercito, com as cohortes ligeiras e parte da cavallaria partio por logares desertos, a cercar um castello real, onde Jugurtha puzéra de guarnição todos os transfugas. Então Boccho, ou pensando no resultado das duas batalhas, ou aconselhado por alguns amigos, que Jugurtha não corrompêra, muda outra

gurtha reliquerat. Ex omni copia necessariorum quinque delegit, quorum et fides cognita, et ingenia validissima erant. Eos ad Marium, ac dein, si placeat, Romam legatos ire jubet; agendarum rerum, et quocumque modo belli componendi licentiam ipsis permittit. Illi mature ad hiberna Romanorum proficiscuntur. Deinde in itinere a Gætulis latronibus circumventi spoliatique, pavidi, sine decore ad Syllam profugiunt, quem consul, in expeditionem proficiscens, pro prætore reliquerat. Eos ille non pro vanis hostibus, uti meriti erant, sed accurate ac liberaliter habuit. Qua re barbari et famam Romanorum avaritiæ falsam, et Syllam ob munificentiam in sese amicum rati. Nam etiam tum largitio multis ignota erat; munificus nemo putabatur, nisi pariter volens; dona omnia in benignitate habebantur.

Igitur quæstori mandata Bocchi patefaciunt, simul ab eo petunt, uti fautor consultorque sibi adsit; copias, fidem, magnitudinem regis sui, et alia, quæ aut utilia, aut benevolentiæ esse credebant, oratione extollunt: dein Sylla omnia pollicito, docti, quo modo apud Marium, item apud senatum verba facerent, circiter dies quadraginta ibidem opperiuntur. Marius postquam infecto negotio, quo intenderat, Cirtam rediit, et, de adventu legatorum certior factus est, illosque et Syllam venire jubet, item L. Bellienum prætorem ab Utica, præterea omnes undique senatorii ordinis. Quibuscum mandata Bocchi cognoscit, qui-

vez de parecer. D'entre os da sua corte escolhe cinco mais habeis, e de conhecida fidelidade, e os manda por embaixadores a Mario, e depois, se elle o permittisse, a Roma, auctorisando-os para negociarem, e de qualquer modo pôrem termo á guerra. Elles á pressa partem para o acantonamento dos Romanos. Mas, surprendidos e roubados no caminho por salteadores Getulos, pávidos e sem equipagem se vão valer de Sylla, que Mario, partindo para a expedição, deixára propretor. Este não os tratou como inimigos sem fé, segundo merecião, mas com toda a attenção e liberalidade. Do que os barbaros inferírão, que não só era falsa a fama da avareza dos Romanos, mas que Sylla, pela sua munificencia, lhes era affeiçoado. Ainda então a largueza a muitos era desconhecida; julgava-se, que ninguem dava, sem ser do coração; todo o presente se olhava como signal de affecto.

Communicão pois ao questor as instrucções de Boccho, pedindo lhes assista com o seu favor e conselho, e exaltão o poder, a fé, a magnanimidade do seu rei, e quanto julgárão ser util, ou attrahir a nossa benevolencia: e, tendo-lhes Sylla promettido tudo, e ensinado como devião fallar a Mario e ao senado, ali esperárão perto de quarenta dias. Mario, tendo voltado a Cirta, sem conseguir o fim, que se propuzéra, e sido informado da vinda dos embaixadores, mandou, que estes e Sylla, L. Bellieno pretor em Utica, e quantos da ordem senatoria havia por aquelles sitios, venhão á sua presença; e com estes examina as

bus legatis potestas Romam eundi fit, et ab consule interea induciæ postulabantur. Ea Syllæ et plerisque placuere; pauci ferocius decernunt, scilicet ignari humanarum rerum, quæ fluxæ et mobiles semper in adversa mutantur. Cæterum Mauri, impetratis omnibus rebus, tres Romam profecti cum Cn. Octavio Rufo, qui quæstor stipendium in Africam portaverat; duo ad regem redeunt. Ex his Bocchus quum cætera, tum maxime benignitatem et studium Syllæ libens accepit. Romæque legatis ejus, postquam errasse regem, et Jugurthæ scelere lapsum, deprecati sunt, amicitiam et fœdus petentibus hoc modo respondetur : « Senatus et populus Romanus beneficii et injuriæ memor esse solet. Cæterum Boccho, quoniam pœnitet, delicti gratiam facit; fœdus et amicitia dabuntur, quum meruerit. »

Quibus rebus cognitis, Bocchus per litteras a Mario petivit, ut Syllam ad se mitteret, cujus arbitratu communibus negotiis consuleretur. Is missus cum præsidio equitum atque peditum, item funditorum Balearium. Præterea iere sagittarii et cohors Peligna cum velitaribus armis, itineris properandi causa; neque his secus, atque aliis armis, adversum tela hostium, quod ea levia sunt, muniti. Sed in itinere, quinto denique die, Volux, filius Bocchi, repente in campis patentibus cum mille non amplius equitibus sese ostendit;

instrucções de Boccho, nas quaes se davão poderes aos embaixadores para ir a Roma, e em tanto se pedião trégoas ao consul. A Sylla e aos mais delles agradárão as proposições; uns poucos votárão com mais rigor, sem duvida por inexperiencia das cousas do mundo, que a todo o instante varião. Os Mouros, obtido quanto pedião, tres partírão para Roma com Cn. Octavio Rufo, que em qualidade de questor conduzíra o pagamento á Africa; dous voltárão para o rei. Destes, com summo prazer, escutou Boccho a relação de quanto se passára, e muito mais da benignidade e bons officios de Sylla. Em Roma aos seus embaixadores, que, tendo supplicado perdão para os erros, em que o rei, por inducção do malvado Jugurtha, cahíra, pedião amizade e alliança, se deo esta resposta: « O senado e povo Romano não costuma esquecer beneficio, nem injuria. Comtudo a Boccho, pois que arrependido está, perdoa; amizade e alliança lhe concederá, quando as merecer. »

Boccho disto informado, escreveo a Mario, pedindo-lhe mandasse Sylla, para consultar com elle sobre os negocios communs. Este lhe foi mandado com uma escolta de cavallaria, infanteria, e fundibularios Baleares. Fôrão tambem alguns bésteiros, e uma cohorte Peligna, armados á velite, assim para avançar caminho, como porque estas armas não erão menos defensivas, que as outras, contra as lanças dos inimigos, que não são mui fortes. Mas ao quinto dia de marcha, Volux, filho de Boccho, assoma de repente n'uma descoberta

qui temere et effuse euntes Syllæ aliisque omnibus et numerum ampliorem vero, et hostilem metum efficiebant. Igitur sese quisque expedire, arma atque tela tentare, intendere; timor aliquantus, sed spes amplior, quippe victoribus, et adversum eos, quos sæpe vicerant. Interim equites exploratum præmissi rem, uti erat, quietam nuntiant.

Volux adveniens quæstorem appellat, dicitque se a patre Boccho obviam illis simul, et præsidio missum. Deinde eum et proximum diem sine metu conjuncti eunt. Post, ubi castra locata, et diei vesper erat, repente Maurus, incerto vultu pavens, ad Syllam accurrit, dicitque sibi ex speculatoribus cognitum, Jugurtham haud procul abesse; simul, uti noctu clam secum profugeret, rogat atque hortatur. Ille animo feroci negat se toties fusum Numidam pertimescere; virtuti suorum satis credere; etiam si certa pestis adesset, mansurum potius, quam proditis, quos ducebat, turpi fuga incertæ ac forsistan post paulo morbo interituræ vitæ parceret. Cæterum ab eodem monitus, uti noctu proficiscerentur, consilium approbat; ac statim milites cœnatos esse, in castris ignes quam creberrimos fieri, dein prima vigilia silentio egredi jubet.

Jamque nocturno itinere fessis omnibus, Sylla

campina com uns mil cavallos ao mais, que, por virem á vontade e desunidos, a Sylla e a todos os mais não só fizerão parecer maior o numero, mas que vinhão com animo hostil. Assim cada qual se apresta, tenta os escudos e armas, e se põe em guarda: em todos foi algum o temor, mas a esperança maior, como vencedores contra inimigos muitas vezes vencidos. Nisto alguns cavalleiros, mandados a reconhecer, annuncião serem amigos, como de facto erão.

Volux, adiantando-se, falla ao questor, e lhe diz, que vinha, mandado pelo pai, para o encontrar, e escoltar. Depois todo aquelle dia, e o seguinte marchárão juntos, sem receio. Mas assentado o campo, e quasi ao anoitecer, de repente o Mouro espavorido, com semblante mudado, corre a Sylla e lhe diz, que pelos exploradores acabava de saber, que Jugurtha não estava longe; e lhe roga ao mesmo tempo, e o exhorta a que de noite se escape com elle occultamente. Sylla lhe responde com animo feroz, que não teme um inimigo tantas vezes vencido; que muito confia no valor dos seus; mas, ainda que certa fosse a ruina, ficaria antes, do que, atraiçoando os que commandava, salvar com torpe fuga uma vida incerta, de que talvez pouco depois qualquer doença o privaria. Depois, aconselhado por elle, que partissem de noite, approvou a lembrança, e ordenando logo que os soldados ceassem, e se accendessem no campo mui amiudados fogos, na primeira vigilia sahio com todo o silencio.

Ao nascer do sol, já fatigados todos da noctur-

pariter cum ortu solis castra metabatur, quum equites Mauri nuntiant, Jugurtham circiter duum millium intervallo ante eos consedisse. Quod postquam auditum est, tum vero ingens metus nostros invadit; credere se proditos a Voluce et insidiis circumventos. Ac fuere qui dicerent, manu vindicandum, neque apud illum tantum scelus inultum relinquendum. At Sylla, quamquam eadem existimabat, tamen ab injuria Maurum prohibet; suos hortatur, uti fortem animum gererent : sæpe antea paucis strenuis adversum multitudinem bene pugnatum; quanto sibi in prælio minus pepercissent, tanto tutiores fore; nec quemquam decere, qui manus armaverit, ab inermis pedibus auxilium petere, in maximo metu nudum et cæcum corpus ad hostes vertere. Deinde Volucem, quoniam hostilia faceret, maximum Jovem obtestatus, ut sceleris atque perfidiæ Bocchi testis adesset, ex castris abire jubet. Ille lacrimans orare, ne ea crederet; nihil dolo factum, ac magis calliditate Jugurthæ, cui videlicet speculanti iter suum cognitum esset. Cæterum, quoniam neque ingentem multitudinem haberet, et spes opesque ejus ex patre suo penderent, credere illum nihil palam ausurum, quum ipse filius testis adesset; quare optimum factu videri, per media ejus castra palam transire; sese, vel præmissis, vel ibidem relictis Mauris, solum cum Sylla iturum. Ea res, ut in tali negotio, probata est; ac statim profecti, quia de improviso acciderant, dubio atque hæsitante Jugurtha, incolumes transeunt.

na marcha, Sylla delineava o campo, quando os cavalleiros Mouros annuncião, que Jugurtha havia acampado quasi duas milhas na frente. A tal noticia um grande temor se apoderou dos nossos, julgando-se atraiçoados por Volux, e cahidos na cilada. E houve quem dissesse, que o matassem, que tamanho attentado não devia ficar impune: Sylla porém, não obstante ser do mesmo pensar, prohibe se faça mal ao Mouro; exhorta os seus a que se armem de fortaleza: que já mais de uma vez poucos valerosos tinhão com vantagem pelejado contra muitos; que no combate quanto menos se poupassem, mais estarião seguros; emfim com as armas na mão ninguem devia pedir soccorro aos pés inermes, e na crise mais arriscada apartar do inimigo os olhos e o peito armado, para lhe dar as costas nuas: e depois, tomando o maximo Jove por testemunha da maldade, e perfidia de Boccho, manda, que Volux, pela traição, que fizera, saia do campo. Elle chorando lhe roga, que tal não creia; que nada se fizera por dolo; tudo erão astucias de Jugurtha, que talvez, espreitando a sua marcha, a teria conhecido. Mas como elle não tinha grandes forças, e todas as suas esperanças e recursos pendião de seu pai, estivesse certo, que nada ousaria abertamente na presença do filho: por isso lhe parecia, que o melhor seria passar a descoberto por meio do seu campo; que elle, ou mandando adiante os Mouros, ou deixando-os ali, iria só com Sylla. Este parecer foi, como em tal aperto, approvado, e, pondo-se logo a caminho, como apparecêrão de

Deinde paucis diebus, quo ire intenderant, perventum est. Ibi cum Boccho Numida quidam, Aspar nomine, multum et familiariter agebat. Præmissus ab Jugurtha, postquam Syllam accitum audierat, orator, et subdole speculatum Bocchi consilia ierat. Præterea Dabar, Massugradæ filius, ex gente Masinissæ, cæterum materno genere impar, nam pater ejus ex concubina ortus erat. Mauro ob ingenii multa bona carus acceptusque; quem Bocchus fidum esse Romanis multis antea tempestatibus expertus, illico ad Syllam nuntiatum mittit : « Paratum sese facere, quæ populus Romanus vellet; colloquio diem, locum, tempus ipse deligeret; consulta sese omnia cum illo integra habere; neu Jugurthæ legatum pertimesceret; quo res communis licentius gereretur; nam ab insidiis ejus aliter cavere nequivisse. » Sed ego comperior, Bocchum magis Punica fide, quam ob ea, quæ predicabat, simul Romanos et Numidam spe pacis detinuisse, multumque cum animo suo volvere solitum, Jugurtham Romanis, an illi Syllam traderet; libidinem adversum nos, metum pro nobis suasisse.

Igitur Sylla respondit, pauca se coram Aspare locuturum; cætera occulte, aut nullo, aut quam paucissimis præsentibus : simul edocet,

repente, em quanto Jugurtha duvidoso hesita, elles passão a salvo.

Poucos dias depois chegárão ao seu destino. Conversava ali muito e mui familiarmente com Boccho um Numida por nome Aspar, que Jugurtha, apenas ouvíra ter sido chamado Sylla, mandára de prevenção por seu procurador, e para disfarçadamente sondar as intenções de Boccho. Achava-se lá tambem Dabar, filho de Massugrada da familia de Masinissa, mas desigual por parte de femea, porque seu pai era filho de concubina; a quem o Mouro amava e queria muito pelos seus dotes de espirito, e em muitas occasiões o tinha já experimentado fiel aos Romanos; e por isso o mandou annunciar a Sylla, que estava prompto a fazer quanto quizesse o povo Romano; que determinasse elle mesmo o dia, a hora, o logar para a conferencia, que tudo sem reserva consultaria com elle; que não temesse o embaixador de Jugurtha; para que o negocio commum se tratasse com mais franqueza; pois de outra sorte não podia precaver suas traições. » Mas eu estou certo, que Boccho mais com fé Punica, do que pelas razões, que expunha, procurava entreter os Romanos e o Numida com a esperança da paz, e que mais de uma vez pensou comsigo se entregaria Jugurtha aos Romanos, ou Sylla a Jugurtha; que o odio o persuadia contra, o medo a nosso favor.

Sylla lhe respondeo, que algumas cousas diria na presença d'Aspar, as outras só em segredo, sem nenhuma, ou com mui poucas testemunhas, e lo-

quæ sibi responderentur. Postquam, sicuti voluerat, congressi, dicit se missum a consule venisse quæsitum ab eo, pacem, an bellum agitaturus foret. Tum rex, uti præceptum fuerat, post diem decimum redire jubet : ac nihil etiam nunc decrevisse, sed illo die responsurum. Deinde ambo in sua castra digressi. Sed ubi plerumque noctis processit, Sylla a Boccho occulte arcessitur; ab utroque tantummodo fidi interpretes adhibentur, præterea Dabar internuntius, sanctus vir et ex sententia ambobus, ac statim sic rex incipit :

« Nunquam ego ratus sum fore, uti rex maximus in hac terra, et omnium, quos novi, privato homini gratiam deberem. Et hercule, Sylla, ante te cognitum, multis orantibus, aliis ultro egomet opem tuli, nullius indigni. Id imminutum, quod cæteri dolere solent, ego lætor. Fuerit mihi pretium, eguisse aliquando amicitiæ tuæ, qua apud animum meum nihil carius habeo. Id adeo experiri licet : arma, viros, pecuniam, postremo quidquid animo libet, sume, utere; et, quoad vives, nunquam redditam gratiam putaveris; semper apud me integra erit. Denique nihil, me sciente, frustra voles. Nam, ut ego existimo, regem armis, quam munificentia vinci, minus flagitiosum. Cæterum de republica vestra, cujus curator huc missus es, paucis accipe. Bellum ego populo Romano neque feci, neque factum unquam volui; fines meos adversum armatos armis tutatus sum. Id omitto, quando vobis ita placet; gerite, uti vultis, cum Jugurtha bellum. Ego flumen Mulu-

go insinuou o que se lhe devia responder. Depois, congregados pelo modo, que elle quizéra, disse, que por ordem do consul vinha saber se queria paz, ou guerra. Então o rei, segundo fôra instruido, o mandou voltar dali a dez dias; que nada havia resolvido ainda; então lhe daria a resposta. Ambos partírão logo para os seus arraiaes. Mas n'alta noite Sylla foi chamado occultamente por Boccho, não se admittindo de uma e outra parte, senão fieis interpretes, e além destes Dabar, virtuoso varão, por medianeiro com aprazimento de ambos; e logo assim começa o rei:

« Nunca eu pensei, que, monarcha o mais poderoso nestas terras, e de todos quantos conheço, chegasse a dever favores a um particular. E na verdade, ó Sylla, antes de te conhecer, a muitos, rogado, a outros, de meu proprio moto, prestei soccorro; de ninguem precisei. Ver diminuida esta vangloria, muitos o sentirião, eu folgo. Por bem pago me dou de haver precisado uma vez da tua amizade, que mais que tudo aprecio. Experimenta-lo pódes: armas, gente, dinheiro, quanto emfim te agradar, toma, utiliza-te; e jámais, em quanto viveres, julgues desempenhada a minha obrigação: em mim será sempre a mesma. Em summa, nada, como eu o saiba, desejarás em vão; pois, no meu conceito, he menos indecoroso a um rei ser vencido com armas, que em generosidade. Agora quanto á vossa republica, de quem es procurador, ouve em poucas palavras. Jámais ao povo Romano fiz, ou quiz, que se fizesse guerra: com armas contra armados defendi meus li-

cham, quod inter me et Micipsam fuit, non egrediar, neque Jugurtham id intrare sinam. Præterea si quid meque vobisque dignum petiveris, haud repulsus abibis. »

Ad ea Sylla pro se breviter et modice, de pace et de communibus rebus multis disseruit. Denique regi patefecit : « Quod polliceatur, senatum et populum Romanum, quoniam amplius armis valuissent, non in gratia habituros; faciendum esse aliquid, quod illorum magis, quam sua retulisse videretur. Id adeo in promptu esse, quoniam Jugurthæ copiam haberet, quem si Romanis tradidisset, fore, ut illi plurimum deberetur; amicitiam, fœdus, Numidiæ partem, quam nunc peteret, tunc ultro adventuram. » Rex primo negare : « Affinitatem, cognationem, præterea fœdus intervenisse; ad hoc metuere, ne fluxa fide usus, popularium animos averteret, quibus et Jugurtha carus, et Romani invisi erant. » Denique sæpius fatigatus, leniter et ex voluntate Syllæ omnia se facturum promittit. Cæterum ad simulandam pacem, cujus Numida, defessus bello, avidissimus erat, quæ utilia visa, constituunt. Ita, composito dolo, digrediuntur.

At rex postero die Asparem, Jugurthæ legatum, appellat, dicitque sibi per Dabarem ex Sylla cognitum, posse conditionibus bellum componi; quamobrem regis sui sententiam exquireret. Ille

mites. Mas desisto, pois que assim vos apraz. Fazei, como quizerdes, guerra a Jugurtha. Eu o rio Mulucha, baliza outr'ora entre mim e Micipsa, não passarei, nem consentirei, que o passe Jugurtha. Se alguma cousa mais pedires, digna de mim e de vós, não o farás em vão. »

Sylla em resposta, breve e modesto a seu respeito, á cerca da paz, e dos communs negocios discorreo largamente : e por fim declarou ao rei « Que pelo que promettia, o senado e povo Romano, visto nas armas terem levado a vantagem, lhe não ficarião obrigados : que devia fazer alguma cousa, que parecesse de mais utilidade a elles, que a si; e isso lhe era bem facil, pois tinha Jugurtha na sua mão; se o entregasse aos Romanos, os obrigaria muitissimo; amizade, alliança, a parte da Numidia, que pertendia, de bom grado lhe concederião. » O rei ao principio recusou, allegando a affinidade, o parentesco, a alliança, que entre elles havia; e além disso, que, violando a fé, temia indispôr contra si os animos dos seus vassallos, a quem Jugurtha era caro, e os Romanos odiosos. Mas por fim, muitas vezes importunado, deixando-se dobrar, prometteo fazer quanto fosse do agrado de Sylla. Concordárão depois no que lhes pareceo util para fingir a paz, da qual o Numida, fatigado da guerra, estava anciosissimo. Disposto assim o dolo, se despedírão.

O rei no dia seguinte, chamando Aspar, embaixador de Jugurtha, lhe diz, que por Dabar entendêra de Sylla, que se podia terminar a guerra com algumas condições; que soubesse portanto o

lætus in castra Jugurthæ proficiscitur. Deinde ab illo cuncta edoctus, properato itinere, post diem octavum redit ad Bocchum, et ei nuntiat : « Jugurtham cupere omnia, quæ imperarentur, facere; sed Mario parum fidere; sæpe antea cum imperatoribus Romanis pacem conventam frustra fuisse. Cæterum Bocchus, si ambobus consultum, et ratam pacem vellet, daret operam, ut una ab omnibus, quasi de pace, in colloquium veniretur; ibique sibi Syllam traderet. Quum talem virum in potestatem habuisset, tum fore, uti jussu senatus atque populi Romani fœdus fieret; neque hominem nobilem, non sua ignavia, sed ob rempublicam, in hostium protestate, relictum iri. »

Hæc Maurus secum ipse diu volvens tandem promisit. Cæterum dolo, an vere cunctatus, parum comperimus. Sed plerumque regiæ voluntates, ut vehementes, sic mobiles, sæpe ipsæ sibi adversæ. Postea tempore et loco constituto, in colloquium uti de pace veniretur, Bocchus Syllam modo, modo Jugurthæ legatum appellare, benigne habere, idem ambobus polliceri. Illi pariter læti, ac spei bonæ pleni esse. Sed nocte ea, quæ proxima fuit ante diem colloquio decretum, Maurus adhibitis amicis, ac statim, immutata voluntate, remotis cæteris, dicitur secum ipse multa agitavisse, vultu corporis pariter atque animo varius; quæ scilicet, tacente ipso, occulta pectoris patefecisse. Tamen postremo Syllam arcessiri jubet, et ex ejus sententia Numidæ insidias tendit. Deinde, ubi dies advenit, et ei nuntiatum est,

parecer do seu rei. Elle contente parte para o campo de Jugurtha. Bem instruido por este, a todo o andar volta no fim de oito dias, e diz ao rei, que Jugurtha desejava fazer quanto se lhe ordenasse, mas confiava pouco em Mario; que já muitas vezes em vão se tinha convencionado a paz com os generaes Romanos. Portanto se Boccho olhava pelos interesses d'ambos e queria uma paz segura, fizesse com que se juntassem todos, como para tratar da paz, e ahi lhe entregasse Sylla. Que tendo em seu poder uma personagem tal, por ordem do senado e povo Romano de certo se faria a paz; pois não abandonarião um homem nobre, cahido em poder dos inimigos, não por cobardia sua, mas por servir a republica. »

O Mouro emfim, depois de muito reflectir, o prometteo. Se este seu hesitar foi verdadeiro, ou fingido, não sei. Mas pela maior parte as vontades dos reis são tão vehementes, como voluveis, e muitas vezes a si mesmas contrarias. Depois, determinado o dia e o logar para a conferencia, Boccho, chamando agora Sylla, agora o embaixador de Jugurtha, os tratava com agrado e a ambos promettia o mesmo. Com o que andavão igualmente alegres, e cheios de bôas esperanças. Mas na vespera do dia marcado para a conferencia, Boccho chamando de noite os seus amigos, e logo, mudando de acordo, fazendo retirar os mais delles, dizem que muito parafusára comsigo, vario no semblante, vario em sentimentos, exprimindo com o seu mesmo silencio o que no peito occultava. Todavia manda emfim chamar Sylla, e por direcção deste arma o laço ao

Jugurtham haud procul abesse; cum paucis amicis et quæstore nostro, quasi obvius honoris causa, procedit in tumulum facillimum visu insidiantibus. Eodem Numida cum plerisque necessariis suis, inermis, ut dictum erat, accedit; ac statim, signo dato, undique simul ex insidiis invaditur. Cæteri obtruncati; Jugurtha Syllæ vinctus traditur, et ab eo ad Marium deductus est.

Per idem tempus adversum Gallos ab ducibus nostris Q. Cæpione et M. Manlio male pugnatum; quo metu Italia omnis contremuerat. Illique, et inde usque ad nostram memoriam, Romani sic habuere, alia omnia virtuti suæ prona esse; cum Gallis pro salute, non pro gloria certare. Sed postquam bellum in Numidia confectum, et Jugurtham vinctum adduci Romam nuntiatum est: Marius consul absens factus est, et ei decreta provincia Gallia; isque kalendis januariis magna gloria consul triumphavit. Ea tempestate spes atque opes civitatis in illo sitæ.

Numida. Depois, quando amanheceo, e lhe participárão, que Jugurtha não estava longe; sahindo-lhe ao encontro, como para lhe fazer honra, com poucos amigos e o nosso questor avançou até a um monte, donde facilmente podia ser visto pelos da emboscada. Chegado ali o Numida, desarmado, como se lhe disséra, com a maior parte dos seus cortezãos, de repente, dado o signal, de toda a parte a um tempo he assaltado pelos da espera. Todos os mais fôrão mortos, Jugurtha maniatado e entregue a Sylla, e por este conduzido a Mario.

Por esse mesmo tempo os nossos capitães Q. Cepião, e M. Manlio pelejárão mal contra os Gallos: com o que estremeceo toda a Italia. E desde então até hoje tem ficado em proverbio entre os Romanos, que prostrando-se tudo ante o seu valor, com Gallos se deve combater, não pela gloria, mas pela salvação. Apenas em Roma constou, que estava acabada a guerra da Numidia, e Jugurtha era trazido em ferros, Mario, bem que ausente, foi eleito consul, decretando-se-lhe a Gallia por provincia; e nas kalendas de Janeiro com grande gloria triunfou, sendo consul. Nelle se fundárão então todos os recursos e esperanças da cidade.

FIM.

Livros que se vendem em casa de Rolland.

Vida de D. Fr. Bertolameu dos Martyres, por Fr. Luiz de Sousa, nova edição, em 8. 2 Vol.

Affonso Africano, Poema Heroico por Vasco Mausinho de Quebedo, nova edição, em 8.

Arte de Furtar, pelo Padre Antonio Vieira, nova edição, em 8.

Carta de Guia de Casados, por D. Francisco Manoel, nova edição, em 8.

Chronica do Imperador Clarimundo, por João de Barros, nova edição, em 8. 3 Vol.

Dialogos de Frey Amador Arraiz, nova edição, em 4. 2 Vol.

Elogios Historicos dos Senhores Reis de Portugal, escritos por Fr. Bernardo de Brito, e addicionados pelo P. D. José Barbosa, nova edição, em 12.

Historia do Descobrimento, e Conquista da India pelos Portuguezes, por Fernão Lopes de Castanheda, em 4. 7 Vol.

Imagem da Vida Christã, por Heitor Pinto, nova edição, em 8. 3 Vol.

Laura de Anfriso, Poesias do Licenciado Manoel da Veiga: Nova Edição, em 8.

Leal Conselheiro, por el Rei D. Duarte, em 4.

Lusiadas, Poema Epico de Luiz de Camões, nova edição, em 16.

— Os mesmos, nova edição seguida de Annotações por Francisco Freire de Carvalho, em 8.

Lima de Diogo Bernardes, nova edição, em 12.

Livro de Cicero, chamado Catão Maior, ou da Velhice, traduzido por Damião de Goes, nova edição, em 8.

Meditações sobre os Mysterios da Paixão, Resurreição, e Ascensão de Christo N. Senhor, e Vinda do Espirito Sancto, pelo P. Vicente Bruno, traduzidas do Italiano pelo P. Braz Viegas, nova edição, em 8.

Naufragio de Sepulveda, por Jeronymo Corte Real, nova edição conforme á primeira de 1594, em 16. 2 Vol.

Obras do Doutor Francisco de Sá de Miranda. Nova Edição augmentada com a sua Vida, e Comedias, em 8. 2 Vol.

Peregrinação de Fernão Mendes Pinto, nova edição confórme á primeira de 1614, em 8. 4 Vol.

Poemas Lusitanos do Dr. Antonio Ferreira, terceira edição, em 16. 2 Vol.

Prosas Selectas, ou Escolha dos melhores Lugares dos Autores Portuguezes antigos e modernos: ordenada e correcta por José da Fonseca, nova edição, em 8.

Ulyssippo, Poema Heroico de Antonio de Sousa de Macedo, nova edição, em 8.

Arte Poetica de Horacio, traduzida, e illustrada por Candido Lusitano. Nova Edição correcta, e emendada, em 8.

Georgicas de Virgilio, traduzidas por Francisco Freire de Carvalho, em 8.

Macarronea Latino-Portugueza, em 8.

Ciceronis Epistolæ ad usum Lusitanæ Juventutis, em 8.

H 22 88

Deacidified using the Bookkeeper process.
Neutralizing agent: Magnesium Oxide
Treatment Date: August 2006

PreservationTechnologies
A WORLD LEADER IN PAPER PRESERVATION
111 Thomson Park Drive
Cranberry Township, PA 16066
(724) 779-2111

THE LIBRARY OF CONGRESS

LIBRARY OF CONGRESS
0 003 090 675 5